Oblectamenta Pia:

SIVE,

SACRA MODULAMINA.

NEMPE

Rhythmi Divini Festivique.

In Gratiam Juventutis.

Editio altera; Altero tanto Auctior, Quæ Festa Ecclesiæ; Evangelistarum & Apostolorum VITAS, ACTA, Mortes, Refert, Explicat, Applicatque.

Magis Spectat Deus quanto quidque Amore fiat, quam quantum id ipsum sit. Multum facit qui multum diligit.

Tho. de Kemp, *L.* 1. *c.* 15.

Ab Ecclesiæ Catholicæ Sacerdote, Anachoreta.

Iscæ Dunmoniorum:

Excudebat, & Venales prostant apud PHILIPPUM BISHOP. MDCCXVI.

BRITISH MUSEUM

PRÆFATIO:

Maximè verò cordatiſſimo & ſubacti judicij Viro, cui hujuſcemodi Modulationes & Tinnitus male ſapiunt.

Aſpernabere ſat ſcio, & vereor etiam ne iſtiuſmodi Rhythmos, (quantumvis quædam paulò diviniora ſpirantes) veluti putidiſſimas nænias, te nauſeabundam proculcaturum, audiam.

At obſecro te, Domine, priuſquam deſpuas & rejicias prorſus, audire digneris ſummiſſa voce reclamantem me, Ampliandum. *Nempe quid obſtat licèt tibi nil niſi bilem & Stomachum moveant (nec dicam immerito) quo minus in nonnullis etiam paulo dulciùs æſtuantis Pectoris Affectus, Cœlum anhelantis, moveant.*

Sinas ergo aliquam (ſi non Tentaminis hujus, ſaltem) Libelluli evulgandi Rationem reddam, priuſquam Sententiam feras; & hujuſmodi Carmina (ſi carmina vocari ſiveris ſubinſulſos Rhythmos) algâ viliora

profatus fueris; & (Buphoniorum apud Athenienſes ad inſtar Feſti) jamdiu obſoleta, defita deſuetáq; pronunciaveris.

Quandoquidem Meditationes & Hymnos à piis nonnullis Scriptoribus Eccleſiaſticis (quà Veteribus, quà Neotericis magis) rhythmicè compoſitos, Jæpiuſculè obſervaverim, V. Gr.

Stabat Mater doloroſa
Juxta Crucem lachrymoſa, &c. *à Jacobo de Benedictis (qui & Jacoponus dictus:) Hymnùmq; venuſtiorem qui inchoat*

Dies iræ dies illa
Solvet ſæclum in favilla, &c. *Ut videre eſt in Eccleſiæ Romanæ Breviariis: Et in ſancti Bernardi celeberrimi Abbatis Clarevallenſis Operibus, Orationes rhythmicas (nec ſane prorſus iuvenuſtas, niſi quod Verbis & Phraſibus parum latinis nonnihil fœdentur) etiam notavi: Et cum in Breviariis etiam Romanis decantatiſſimus iſte Hymnus cujus primus Verſus eſt*

Pange lingua glorioſi, *etiammum reperitur tot abhinc ſæculis, ſc. à Claudiano Mamerto Chorepiſcopo Viennenſi, qui claruit ſæculo Neſtoriano, nempe An. 462, concinnatus: (Vulgo autem Venantio Fortunato adſcriptus) uti nobis fidem facit* ὁ πάνυ

D. Cave S. T. P. in Scriptorum Eccleſiaſt. Hiſtor. Literar. Hæcce recolenti mihi, cogitanti etiam, quod lectiſſimi & pii nonnulli Juvenes, aut hiſce magis oblectarentur, aut tutius in manus ſumerent, ſi non, quoad Doctrinam & Fidem, acatholica quædam dogmata aliquando inſinuarent, innuerentve; & quoad linguæ Latinæ Elegantiam, ſcabris plurimis Vocabulis fœdarentur; (quis enim hujuſmodi Verba, nempe Doloroſa, Converſatus, Incolatus; *& in ipſius Sancti Bernardi Hymnis rhythmicis (ſanctus enim Pater non videt omnia)* Impreſſura, Præcordialis, Timoratus, Gaudioſus, Repauſo, Cœlicus, Deicus, *&c. inter Cupedias puræ Latinitatis recenſeret?) Hæc inquam recolenti mihi viſum eſt Tentamina, hæc qualiaqualia quoad Fidem Catholica, Primæva, ſana, & (ni fallor) etiam Latiniora, paulo ſaltem mundiora, in Lucem emittere.*

At rhythmicam hanc Poeticen, antiquas gerras Monaſticas, nihilominus olere regeris.

O mi Domine, qui iſthæc objicis, quæſo te revolve quam multi ſint qui προϊκωλύσεις *Couleij noſtratis Davideidos; ſanctorum Prudentij Hymnorum; Venuſtiſſimarum, eximie*

*eximie piarum, & ſuaviſſimis Affectibus concitandis potentium, Hermanni Hugonis Elegiarum, (Delicias ſuas vocat * Drexelius) divinum ſenſum, aut nequeunt aut nolunt aſſequi: qui leviculis de Cauſis molles & delicatulos animos ſuos à Lectione, ſive Meditatione ſacra abripi patiuntur, quos Rhythmorum dulci Modulamine placidè tinnientium, paulo magis attentiores rebus ſacris reddamus, ſperare fas ſit.*

* In aur ſ. dina, Par. 1. Cap. 7.

Si ergo ad aliquem Amorem Dei, Eccleſiæ, Sanctimoniæ, innocuo quoviſcunq; Modo tales perducantur; & quam minima ſcintillula Pietatis in illorum cordibus accendatur,

Eſt quôdam prodire tenus ſi non datur ultra. *Horat.*

Ut ut hoc ſit, tuas, bone Lector, omniumq; in Jeſum Chriſtum D.N. verè credentium, illumq; ſanctè colentium, piè amantium, preces humiliter & enixiſſimè flagito. Quæſo te, Frater mi, memineris mei, cùm Jejuniis, Lachrymis, Precibus, rem tuam æternam ſtrenuè apud Deum agis: Ut (quod unicè in Votis eſt) Gloriam Divinam, Divinum Amorem, caſtiſſimè ſpectans, animitùs colens, anhelans ardentiùs, in ſancta Eccleſia Catholica vitam emendatiſſimam vivam, & ſanctè moriar. Amen, Amen.

IN-

Indiculus Lemmatum.

Oblatio Cordis. Pag. 1
Amor, Pœnitens. 3
Sacroſancta Trinitas. 7
Eccleſia, ſive Templum. 8
Sancta Scriptura. 10
Altare: ſive, S. Euchariſtia. 12
Sacerdos. 14
Baptiſterium. 15
Organa Pneumatica: ſive Muſica Templi. 17
Orandi Pluteus, ſive Suggeſtum. 18
Pulpitum. 20
Natalitia D. N. Jeſu Chriſti. 21
Dies Paſſionis D. N. ſive, Jeſus crucifixus. 23
Dies Paſchatis: ſive, Reſurrectio D. N. 26
Feſtum Aſcenſionis Dominicæ. 28
Feſtum Pentecoſtes: ſive Deſcenſio ſolennis Spiritus Sancti. 29
Animæ Pœnitentis & Amantis Hymnus: 40
Dies Cinerum: ſive, Gemitus Animæ Pœnitentis. 30
Libidinis Averſatio. 32
Caſtimonia. 34
Oratio & Meditatio ante S. Euchariſtiam: ſive Votæ Animæ ſanctæ. 36
Oratio & Meditatio poſt Euchariſtiam: ſive, ſuſpiria Animæ Amantis. 38
Primitiæ Lucis: ſive Oratio Matutina. 43
Clauſula: ſive veſpertina Oratio. 44
Gemitus Columbæ 41
Dies Dominicus. 45
Dies Dominicus. 48
Feſtum Circumciſionis. D. N. 52
S. Crucis Inventio. 54
Epiphania. 55
Sancti Pauli Converſio. 57
Carolus I. Rex Angliæ Martyr. 59
Feſtum Purificationis Beat. Virg. & Præſentationis Chriſti

Indiculus Lemmatum.

Christi in Templo. 63
Festum Sancti Matthiæ. 66
Annunciatio S. Virginis Mariæ. 68
Festum S. Marci. 70
Festum Sancti Philippi. 72
Sanctus Jacobus Alphæi Filius. 74
Festum Sancti Barnnbæ. 76
Natalitia Sancti Johannis Baptistæ. 79
Festum Sancti Petri. 81
Festum Sancti Jacobi, Zebedæi filii. 85
Sanctus Bartholomæus. 86
Sanctus Matthæus. 89
Festum Sancti Michaelis, & omnium Angelorum. 91
S. Lucas Evangelista. 94
Festum Sancti Simonis Zelotæ. 91
Festum S. Judæ; S. Jacobi fratris. 93
Festum omnium Sanctorum. 97
Sanctus Andreas. 99
Sanctus Thomas. 102
Sanctus Stephanus, Protomartyr. 105
Sanctus Johannes. 108
Festum Sanctorum Innocentium. 110
Viso Templo, in Itinere. 113
Conscientia. 113
Insomnis jacentis in Lecto Hymnulus. 115
Cælum. 116
Infernum. 119
Votum Seraphicum. 118
Dæmon Amandatus. 121
Hymnulus & Votum. 124
Signum Crucis. 124
Pia Desideria. 125
Aspiratio Pœnitentis. 127
Virtus. 129
Complectorium. 131
Amor Seraphicus. 133

Oblectamenta

Oblectamenta Pia:
SIVE,
SACRA MODULAMINA,

Oblatio Cordis.

I.

Rdentiſſimis, ſinceris
Oro, Precibus, digneris
Cor meum, Jeſu, vulnerare
Doceas quid ſit, *Amare.*

II.

At *Hoc* olim *docuiſti*,
Terram hanc cum Inviſiſti.

III.

Amor eſt, cum obſervata
Tua Sancta ſint *Mandata*;

Conſerventur cum Amore
Pio; Corde, Factis, ore.

IV.

At Hujus memor ſim Effati
* *Eſt Amare Deum, Pati.*
Pati, *Pæna* irrogata,
Et Injuria cum illata,
Ob Jeſu *Fidem* & *mandata.*

V.

Nil ſine Corde gratum ſit :
Quod non facit *Cor*, *non fit* :
At Prius Cor quis obtulit ?

VI.

Tu tuum Prius obtuliſti,
Cum Cruce, Jeſu, Pependiſti.
Apertum Haſtâ Latus erat,
Ut *Aditus* ad Cor pateret.

VII.

Volo, adhærendo vere,
In tuo Latere Latere

VIII.

Ibi, Jeſu mi, *orare :*
Negotia mea & *Tractare.*

IX.

---

* *Car. Bona Princ. vit. Chriſtianæ.*

IX.

Jeſu, hic abſcondam me,
Ut non reperiar extra Te.

X.

Mutemus corda, per te deum:
Præbe tuum, ſume meum.

XI.

At meum Jeſu eſt *impurum*,
Nimis *frigidum* & *durum*.

XII.

O emolli; emendato;
Vulnera; & Inflammato.

XIII.

Cum ſic fuerit *purgatum*
Ignitum ſic, ſic *vulneratum*
Sume *Holocauſtum* gratum.

Amor Pœnitens.

I.

FUI miſer qui *Peccator*,
Tui, Chare mi Salvator,
Tui Caſtus ſim *Amator*.

O ſit *Amor tui* rarus,
Et ſim *ego Tibi* charus.

II.

Fidem da mî illibatam,
Pœnitentiam inculpatam ;
Da *obedientiam* veram,
Et *Amorem* da ſincerum.
Gloriam tuam ſpectem, oro,
O mi Amor, quem Adoro.

III.

Corpus caſtum, puram *Mentem*,
Sacra ſolùm Sapientem,
Da, ut *Corde*, *Ore*, *Factis*,
Placeam ; cunctis ſanctè actis.

IV.

At mortiferis Peccatis
(A me nimis heu amatis)
Laceſſivi Deum meum,
Et me, miſer, feci Reum.

V.

Faſtu, Corde, Factis, Ore
Heu ! offendi ; & *Torpore* :
Avaritiâ execrandâ ;
Gulâ etiam nefandâ.

VI.

Me *Invidia* ſpurcavit ;
Ira mentem temeravit ;
Et *Libido* inquinavit.
Te tam parùm Cor amavit.

VII.

Præter Mei hæc confeſſi,
Quot & *quanta* his congeſſi.

VIII.

Hicce Amor Baptizati ?
E'ſtne Amor hic Amati ?
Cruce pridem & ſignati ?
Hicce Amor Chriſtiani
Membri tui ſanctì Fani ?
Et *Eccleſiæ Anglicanæ.*

IX.

Ob hæc, Jeſu, me amaſti?
Tot & *tanta* mî patraſti ?

X.

Iſthæc recolentis dolet
Cor contritum : *Cor* ut ſolet
Flatum exhalantis Rei :
Veniam ergo peto Dei.

XI.

O *ne intres in Judicium*
Mecum, Jeſu, qui Officium

Pro-

Probi Servi non peregi ;
Opus tuum nec exegi.

XII.

His & cæteris Peccatis
Ex quocunque Fonte natis,
Fac mî *veniam*, quæſo, *dari :*
Fac idoneum me *amari.*

XIII.

Mihi, qui non ſat amavi,
Tibi qui non auſcultavi,
Pœnitentiam da ſinceram
Sanctimoniam da veram ;
Uſque dum abhinc ſublatus,
Sanctis ſim *annumeratus.*

XIV.

Ubi ego *Fontes* vivos,
Sacræ *Voluptatis rivos*,
Queam tecum delibare,
Et cum Angelis amare,
In æternum & laudare.

Sacroſancta Trinitas.

I.

DEus *unus*, *tres* Perſonæ,
Veræ, Sanctæ, Juſtæ, Bonæ,
Mente O! quantumvis volvo
Hoc *Myſterium*, nullus ſolvo.

II.

Credo; ſed non ultra ſcrutor,
Non *diſcepto*, *Fide* utor.

III.

Novi ego quis *creavit*
Me: Quis à Peccatis *lavit*:
Novi quis *ſanctificavit*.
Ulterius deſinam ſcrutari:
Trin-unum mallem adorari.

IV.

Deus, *Fidem* & *Amorem*,
Ob Peccata da *Dolorem*.
Veniam & *Gloriam* dato
Mî à terris his ablato.
Ut in Cœlis ſolvens Nodum,
Trin-unius videam *Modum*.

Eccleſia,

Eccleſia, ſive Templum.

I.

ÆDes ſacræ, Domûs *Dei*,
Eſtis vos *Deliciæ* mei.
Hic *Communico*, hic *Oro*,
Audio, *Colloquor*, *Adoro*.

II.

Segetes Æternitati
Hic uberiores *ſatæ*
Sunt à me ; & *ſeminabo* :
Cœlis hic allaborabo.

III.

Alloquor Amorem meum,
Hic cum preces apud Deum
Fundo ; alloquitur & me,
Jeſu ; cum Audio quid à Te.

IV.

Quamvis, Jeſu, aſcendiſti,
Templo tamen tu dediſti
Nobis *Copiam* tecum fandi ;
Gratiam tuam impetrandi ;
Cœlos & efflagitandi.

V.

V.

Corde intrem hic Devoto,
Affectu piè ſemper moto.

VI.

Intra hoſce Muros ſanctos
Semper edam *pios Planctus*,
Quod non ſatis Te *Amavi*,
Fidem Factis nec probavi.

VII.

A Te ſemper hic *ſpectatus*,
Acceptus ſemper, & ſim *gratus* :
Hic ſim Tibi *totus* datus.

VIII.

Sacra *Concio*, ſacra *Menſa*,
Preces, *Amor*, *Cœlum*; penſa
Hæc ſint ſola Ædium harum:
Rerum at ne γεὼ vanarum.

IX.

Hic cum ero *Epulatus*,
Exeam ſemper tibi gratus:
Uſque *Rude* dum *donatus*
Sim, à Terris his ſublatus
Et in *Cœlum Cooptatus* :

X.

Ubi nunquam *interpellar*,
A Rebus ſacris vel *avellar*.

Durante at Æternitate
Fruar ſacra Voluptate.

S. Scriptura.

I.

PLenæ *Literæ* Amore
Dei, Dei plenæ Ore,
Salvetote, mihi gratæ;
At heu! ſatis vix amatæ.

II.

Hinc Officium erga *Deum*,
Ipſum *me*, *Vicinum* meum
Diſco; Leges Voluntatis
Ter tremendæ Trinitatis.

III.

Hinc Amorem *Dei Patris*
Hinc Dolorem Jeſu Matris,
Hinc Amorem *Crucifixi*,
(Cujus Meritis innixi
Nos ſperamus *Remiſſionem*,
Gratiam, Omne Dei *Donum*)
Spiritus Dona, hinc & Diſco:
Queis contemptis, contremiſco.

IV

IV.

Quis non mecum admiratur
Quam Divinus hic *ſpiratur*
Amor; parum redamatur
Has *Epiſtolas* qui Miſit
Nobis, Cœlum cum reviſit.

V.

Hiſce *Literis* ad me *datis*
(A me ſatis nec amatis)
Heu! non morem geſſi ſatis.
At ſi ero *ſanctus*, *ſanus*,
Piè ſumam *has* in manus.

VI.

Guſtem hinc *Salutis Rivum*,
Quo *guſtato*. ſancte *vivam*;
Sanctè *moriar*; Te Docente
Legem me, Te ſic præbente
Vitam verè emendatam,
Mortem verè inculpatam,
Tandem & exuſcitabor,
Juſtis & annumerabor.

Altare: ſive, S. Euchariſtia.

I.

ORbem hunc qui condidiſti,
Cunctis Leges qui fixiſti,
Credo Tibi qui dixiſti
Nobis, *Hoc eſt Corpus Meum*,
Credo, & adoro Deum.

II.

Teneo Rem, ſed neſcio *Modum*,
Hoc Myſterium, huncce Nodum
Solvere quod nullus queo,
Credo, & relinquo *Deo*.

III.

At *Præſentiam realem*
Credo Sacramento talem
Qualem *Jeſu* intendiſti,
Qualem Deus voluiſti.

IV.

Ultra juvat quid ſcrutari?
Malleu ego adorare,
Cum Sanctis Te *glorificare*,
Te laudare, Te *Amare*.

V.

V.

Credo ego quæ dixiſti,
Amo ego quæ feciſti,
Credo, Amo, Laudo, Colo:
Ulterius *ſcrutari nolo.*

VI.

Tantum oro Te benignum
Jeſum Chriſtum, fac me *dignum*
Myſteriis tremendis hiſce;
O *Mens*, ut ſic fias, diſce.

VII.

Ut Te, Jeſu, *guſtem*, *tangam*
Sanctè, dignè, *culpas* plangam.
Fidem da non temeratam,
Pœnitentiam tibi gratam,
Et da *Vitam emendatam*;

VIII.

Cor contritum, *Cor* devotum,
Dilectionem erga totum
Mundum, & Affectûs Motum;

IX.

Me ſic totum Tibi dedam,
O ſic *bibam*; O ſic *edam*,
Lætabundus & recedam.

Sacerdos.

I.

SAncte *Præco* Legis Dei,
Nuncie Salutis meæ,
Præco ſancte bonæ *Spei.*

II.

O Quis te non *veneratur* ?
Tui & quis non *Amator* ?
Et quis læta non *precatur* ?

III.

Nuncius cunctis gratus oris,
Gratus domi, gratus foris
Nuncius *Dei* qui *Amoris.*

IV.

Vitæ *Viam* qui *monſtrabis,*
Et qui primus tu *intrabis,*
O quot ſanctos Deo dabis ?

V.

Cuncta tua tibi donem,
Qui das ſacram *Concionem* ;
Et (meam poſt *Confeſſionem*)
Tuam Abſolutionem.

VI.

Te, qui ſoles exhibere
Corpus Chriſti, pro me flere,
Mecum ſoles *condolere*,
Amem, ſanctè, piè, verè.

Baptiſterium.

I.

HIC ſum Tibi, Jeſu, *datus*;
Cruce primùm hic *ſignatus*.
Hic ſum primùm *ſigillatus*
Meam in *Redemptionem*.
Hic dediſti *Remiſſionem*.
Ob hæc quid Tibi Jeſu donem?

II.

Vitam ſanctam tu requiris;
Hanc negavi tibi: diris
Culpis *Veſtes* & *fœdavi*
Quas à fonte hoc geſtavi.

III.

Tibi *Dæmonis* inviſi,
Carnis, *Mundi*, hic promiſi
Me illecebris miſſurum
Nuncium; & devitaturum.

IV.

IV.

At qui *fonte* me devovi
Sacro, Tibi, cùm Te novi
Heu! Te Deus, irritavi;
Hóſce Hoſtes & amavi.

V.

Dæmoni heu, quam ſervivi!
Cum *Mundo*, *Carne*, & inivi
Dirum Fœdus; *Votis miſſis*.
Steti, miſer, nec *promiſſis*.

VI.

At qui pridem me *amaſti*,
Tot & tanta mî patraſti,
Animam qui *exhalaſti*.
Qui toties mî ingemuiſti,
Qui *Cruorem* mî fudiſti;

VII.

Inferos mî *petiiſti*,
(Quamvis triduo ſurrexiſti)
A cujus latere ſtillavit
Unda, *Cruore* & manavit;

VIII.

Quamvis *Undas* aſpernatus
Sim, *Cruore* ſim Mundatus,

Et

Et *Vulneribus ſanatus* ;
Iterumq; *condonatus.*

Organa Pneumatica, ſive Muſica Templi.

I

SAcra *Voluptas*, mel Divinum !
Quam ſanctè æſtuantem *ſinum*
Mulces, *Corde* meo moto
Affectu ſuaviter ignoto.

II.

Qui te oderunt, te fugerunt,
Te, nec *Eccleſiam* audierunt,
O quam verè *Pertinaces*
Quam miſelli *contumaces.*

III.

Deliciæ meæ, horum *Onus* ;
Dum me rapit ſanctus *ſonus*,
Mirè *afficit*, *delectat*,
Tantum non ad aſtra vectat.

IV

O ſi hiſce immorari
Queam nec interpellari!

V.

Quandoquidem hoc non *licebit*,
Quantumvis illud mî *libebit*,
O quando, Jeſu, audiam *chorum*,
Sacros *Cantus* Angelorum,
Et qui amant Te, Sanctorum.
Hiſce junctus, cum *his* canens ;
Choro & æternùm manens.

VI.

Tandem aliquando *hiſce*
Sancte, Jeſu, me *immiſce*.

Suggeſtum.

I.

O Quam ſanctè Curio fundit
Preces hìc & *Cœlum* tundit :
Fundit pro Te & Me Reo ;
Noſtram agens *Rem* cum Deo.

II.

Quoties *oravit* cum *dormivi*,
Sequi illum & nequivi :
Oſcitanter aut rem egi,
Sacra Templi cùm peregi.

III.

III.

Quoties *Carnis*, *Mundi* curæ,
Corda mea invaſuræ,
A Cœlis Mentem amoverunt,
Et à Deo abſtulerunt ?

IV.

Quoties mî inopinanti
Obrepſit *Torpor* heu ! precanti?
Dum Suggeſto Sacerdotum
Quodnam *Præco* fundit *Votum*,
Mihi prorſus ſit ignotum.

V.

Et Hoc, *Veniam* cum rogârunt,
Et cum *Gratiam* impetrârunt,
Et *gloriam* efflagitârunt;
Alii *Cœlum* cum ſpirârunt.

VI.

At, Deus, mi, attentiore
Corde colam Te, cùm *Ore*.
O *minore* cum *Torpore*
Et Majore cum Amore,
Colam *Corde*, *Factis*, *Ore*.

Pulpitum.

I.

HIC *Præconi* datur *Honos*
Ut huic reſervetur *Thronus*,
Unde ſuum nuntiet Onus.

II.

Hinc, O Deus; hinc audivi
Multa pridem quæ neſcivi,
Quæ *Dæmonem* clepſiſſe ſivi.

III.

Plura poſſim congeſſiſſe
O! *Præconibus* ab hiſce:
At tu nôſti peperciſſe.

IV.

Haud attentiùs *auſcultavi*,
Nedum preſſiùs *cumulavi*,
Nec ardentiùs amavi
Doctrinam ſanctam, qui præconum
Acceſſi toties ad *Thronum*.

V.

Quædam, *ſteriles* & *duræ*
Terræ (nihil producturæ:)

Quædam

Quædam oppreſſêre *curæ :*
Multa ſunt ablata *Fure.*

VI.

At O Paraclete Mei,
Spiritus ſancte, donum Dei,
Legis tuæ me tenacem
Fac, & *Fructûs* fac *feracem.*

VII.

Fac attentè me audire,
Fac me plura ſancta ſcire,
Tuæ Voci obedire,
Et *Salutis* nil neſcire.

Natalitia D. N.

I.

HUmilem, Beatam, Piam,
Credo *Virginem Mariam*
Peperiſſe jam *Meſſiam* ;
Matrem ſanctam, *Natum* dium.

II.

Sanctæ *Matris*, Sancte *Nate*
(Si non *Mundo*, *mihi* grate)

O quam

O quam gratus es *peccanti !*
Es gratiſſimus *amanti.*

III.

O *Peccator* indurate,
O Peccator heu ! ingrate,
Cunis Deum *vagientem*
Video, te non video *flentem,*
Nec cum Jeſu *condolentem.*

IV.

Cujus cuncta ſunt ad Nutum,
Ipſum *Verbum* vides *mutum,*
Alma mater tuum, meum,
Deſpicis, & vides *Deum* ;
Et *Æternitatem*, brevem ;
Cuncta ſubſtentantem, levem.

V.

Sereniſſima *Regina*
Tu *Sanctarum*, hodie bina
Præbens *Ubera* divina
Jeſu ; crede, *lactas* meum
Deum, at Infantem Deum.

VI.

Almum *Natum*, alma *Mater*
Peperiſſe ſe lætatur ;

Nunc

Nunc jucundè *oſculatur*,
Et nunc læta *veneratur*.

VII.

Stabulis at heu ! jacentem,
Et *præſepi* vagientem,
Audio Deum ; innuentem
Brutum fœdum, & impurum
Eſſe me ; ſe vocaturum
Inde me, & me loturum.

VIII.

Quò, mi Jeſu, perduxiſti
Te, O *Amor quid feciſti !*
Quot ærumnis Te exponis,
Ut des *Bonus Bona Bonis ?*

Dies Paſſionis D. N. ſive, Jeſus crucifixus.

EN *Agoniam* paſſus Deus,
Quoniam ipſe fui *Reus !*
Heu ! *peccavi*, Jeſus *luit* ;
Et in illum *Ira* ruit ;

O quam gratus es *peccanti!*
Es gratiſſimus *amanti.*

III.

O *Peccator* indurate,
O Peccator heu! ingrate,
Cunis Deum *vagientem*
Video, te non video *flentem,*
Nec cum Jeſu *condolentem.*

IV.

Cujus cuncta ſunt ad Nutum,
Ipſum *Verbum* vides *mutum,*
Alma mater tuum, meum,
Deſpicis, & vides *Deum*;
Et *Æternitatem*, brevem;
Cuncta ſubſtentantem, levem.

V.

Sereniſſima *Regina*
Tu *Sanctarum*, hodie bina
Præbens *Ubera* divina
Jeſu; crede, *lactas* meum
Deum, at Infantem Deum.

VI.

Almum *Natum*, alma *Mater*
Peperiſſe ſe lætatur;

Nunc

Nunc jucundè *oſculatur*,
Et nunc læta *veneratur*.

VII.

Stabulis at heu ! jacentem,
Et *præſepi* vagientem,
Audio Deum ; innuentem
Brutum fœdum, & impurum
Eſſe me ; ſe vocaturum
Inde me, & me loturum.

VIII.

Quò, mi Jeſu, perduxiſti
Te, O *Amor quid feciſti !*
Quot ærumnis Te exponis,
Ut des *Bonus Bona Bonis ?*

Dies Paſſionis D. N. ſive, Jeſus crucifixus.

EN *Agoniam* paſſus Deus,
Quoniam ipſe fui *Reus !*
Heu ! *peccavi*, Jeſus *luit* ;
Et in illum *Ira* ruit ;

Ira Dei ſuccenſentis
Mundo, & excandeſcenis.

II.

Sibi Jeſus vult *iratum*
Deum, ſentiam ut *placatum.*
O memento in *Te* nixi,
Tu mi *Amor* crucifixe.

III.

Conditor cunctarum Rerum,
Factus es *Opprobrium* merum,
Tu qui *Via*, *Vita*, *Verum.*
Iſta *Via conculcatur*,
Ipſa *Vita Morti* datur;
Veritas & flagellatur,
Ideo quod à me peccatur.

IV.

O te, Jeſu, *accuſatum*
Sentio, ſentio Te *negatum*;
Sentio miſerè tractatum.
Sentio *Sputum*, *Clavos*, *Haſtam*,
Congeriem Dolorum vaſtam.

V.

Sentio *Cruce* Jeſum preſſum,
Et ſub *onere* defeſſum

Et

Et dolentem, & gementem,
Ut me beet *Pœnitentem* ;
Anhelantem & ſudantem,
Inter cuncta ſed amantem.

VI.

Veſtes en ! Cruore udas,
Tu, cum agonizans, ſudas.
Manus, *Caput*, *Pedes*, *Latus*,
Jeſus lacer, ſauciatus.

VII.

Amo, *Doleo*, ſentio Crucem :
Amo te Paſſorum Ducem.
Amo paſſum propter Reos,
Plus quàm *mea*, *me*, & *meos*.

VIII.

Animam exhalature
Jeſu, Jeſu *moriture*,
Jeſu, *Caput* demiſſure,
Et *Sepulchrum* petiture ;

IX.

Jeſu, Vale vulnerate,
Jeſu, vale evocate,
Jeſu, diræ Neci date,
Jeſu,——*Oculi*, *ceſſate*.

Dies Paſchatis: ſive, Reſurrectio D. N.

I.

POſtquam *Cruce* redemiſti
Nos, & cuncta abſolviſti;
Ubi Jeſu, tu *fuiſti*,
Longum *triduum* & manſiſti?

II.

Cuncta *Cruce* conſummaſſe
Credo; Credo te intraſſe
In *Infernum*; ſubjugaſſe
Dæmonem: & triumphaſſe.

III.

Morte Mortem oppugnaſti,
Terras mihi conſecraſti,
Inferos & ſuperaſti,
Cœlis Vitam & paraſti.

IV.

O mi *Amor quid feciſti!*
Mori ſatis non duxiſti?
Sed *Sepulchrum* petiiſti?
In *Infernum* deſcendiſti?

V. Jeſu

V.

Jeſu, quid retribuendum
Ob *Amorem* tam ſtupendum ?
Scio, ſcio, quid *agendum*,
Quid *amandum* quid *credendum*.

VI.

Fides factis eſt probanda ;
Pœnitentia tibi danda ;
Nullis *Charitas* neganda ;
Spes Operibus fundanda ;
Sacra tua ſunt amanda.

VII.

O mi Jeſu ſic probabo
Fidem, *Pœnitentiam* dabo,
Charitatem & Præſtabo,
Spem Operibus fundabo :
Quamvis demum ſolis ſtabo
Meritis Jeſu, quem amabo.

VIII.

Cuncta faciam redivivus
Sim, nec *terræ* ſim Captivus
Diu ; *Cœlis* inter Divos,
Guſtem Voluptatis rivos.

Feſtum Aſcenſionis Dominicæ.

I.

JEſus (*gemitus* ceſſate)
Jeſus (loquar Veniam *date*)
Jeſus meus *aſcenſurus* ;
Me in terris relicturus :
At hic *ego* quid facturus ?

II.

Heu ! non poſſum non *dolere !*
Nam quid boni *exhibere*
Terra poſſit, aut quid *dare*
Te abſente, Jeſu chare.

III.

O mi Jeſu *aſcenſure*,
Dum fuiſti in *Tellure*,
Te in *Terris* dum amarem,
Cœlum aliud non ſpirarem.

IV.

Lachrymas at meas tergit
Hoc, quod Jeſus meas pergit
Cœli ad æternam *Ædem*,
Illic ut mî paret Sedem.

V. Cùm

V.

Cùm pervenias, *Jeſu pie*,
Ad extremum *lacteæ viæ*,
Sedeas & à Dextra Dei,
Quæſo Te *memento mei*
Hic poſt te relicti Rei;
Spirantis Te, *gementis* Mei.

Feſtum Pentecoſtes: ſive, Deſcenſio ſolennis Spiritus Sancti.

I.

SAncte Jeſu meminiſti
Noſtrûm, tu quùm aſcendiſti
Spiritum Sanctum & dediſti;
Ut in Terris promiſiſti:
O quem unquam fefelliſti?

II.

Flatu vehemèns ſpirante,
Flammâ, ſed non æſtuante,
Flammâ, ſed non *conflagrante*;
Sed *lambente* flamma venis,
Spiritus ſancte, *Potens*, *Lenis*.

III. *Ignis*

III.

Ignis iſte *lambens* lingit,
(Novum Diadema *cingit*)
Sancta *Capita* tuorum
Jeſu primò Amatorum.

IV.

Hocce meum Pectus *Igne*
Caleat, Jeſu mi Benigne :
Flatus *difflet* Sordes meas,
Ignis aut exurat eas.

V.

Piis *flammis*, ſacro *flatu*,
Dum in hoc terreno ſtatu
Moror, æſtuet *Pectus* meum,
Quibus ducar ad Te Deum.

Dies Cinerum : ſive, Gemitus Animæ Pœnitentis.

I.

O Si Caput *Fons* aquarum
Eſſet, ego ut plorarem,
Inundarem, & *lavarem*
Ut Reatum O! *Culparum*
Heu ! mearum maximarum. II.

II.

O ſi ego non peccaſſem !
O ſiDeum Te amaſſem !
O ſi *Dæmon*, *Mundus*, *Caro*,
O me fefelliſſent rarò !
O ſi nunquam *fefelliſſent !*
Quamvis mî imminuiſſent,
Et inſidias ſtruxiſſent.

III.

Ego heu ! miſellus Homo
Inediâ dum Corpus domo,
Et *lachrymulam* dum promo ;
Dum ardentes *preces* fundo,
Pectus dum anhelans *tundo* ;
Egenis *ſtipem* dum *effundo* :

IV.

Unione *Meritorum*
Jeſu pie, O, tuorum
Patri Cœli ſint *oblata*
Hæc ; offenſo Patri grata :
Patri tuo, *Patri* meo,
Deo *tuo*, *meo* Deo
Irato juſtè mihi *Reo.*

V.

Parce Deus *ſentienti*
Hæc, & parce *confitenti,*
Parce Deus iſthæc *flenti* ;
Novam Vitam ſtatuenti.

Libidinis Averſatio : hoc eſt Gemitus Animæ a Dæmone Aſmodæo tentatæ ; ſive a Libidine Vexatæ.

I.

NE tibi, *Deus*, ſim exoſus,
Pœnitens Libidinoſus.

II.

Ne tibi, *Jeſu*, ſim exoſus,
Accuſans me, Libidinoſus.

III.

Ne, *ſancte Spiritus*, exoſus
Sim Tibiflens Libidinoſus.

IV.

O *ſacra Trias* ne exoſus
Sim Tibi flens Libidinoſus.

V.

Ne exoſus ſim, *exoſus*
Libidinem Libidinoſus.

VI.

Ne Tibi, *Deus*, ſim exoſus
Qui *odi me* Libidinoſus.

VII.

Ne Tibi, *Deus*, ſim exoſus
Qui *Amo te* Libidinoſus.

VIII.

Sic *Amans*, *Dolens*, Tibi gratus
Sim ; & à Te ſim *Amatus*.

IX.

Per Te *Caſtum Cor* Adeptus,
Tibi verè ſim *Acceptus*.

X.

Sic *Amans*, *Dolens* Gratior ſim,
Quam ſi *non ceciderim*.

Caſtimonia: ſive, Adverſus Libidinem.

I.

QUam ſuave Deo mî placere,
Suavibus & his *carere!*
Fœda apage *Libido:*
Nullus tibi Locus *Fido*
Pectore: quàm odi veſtes
Spurcas; ſpiro & cœleſtes.

II.

Sacra Angelorum *Veſte,*
Caſtimonia cœleſti,
Sancte Jeſu, ſim *Indutus,*
Turpi Veſte ſim *Exutus.*

III.

Sancto *Spiritu* Præbente
Gratiam; Deo Annuente;
Templum ſuum nunquam *fœdem:*
Tibi Jeſu, Tibi Dedam.

IV

At ſi pridem hoc *fœdavi*
Gratè ſpero, Jeſu *Lavi:*

Lavi

Lavi *Lachrymis* ; O dato
Smegma : Sanguine lavato.

V.

Tuo *Sanguine* lavetur
Templum tuum. Et O ! Detur
Venia minùs caſtè Actis,
A me, *Corde*, *Ore*, *Factis*.

VI.

O Tollam tibi *Puram* Mentem,
Caſtam, *Caſta* Sapientem :
Non *Libidine* natantem ;
Puriùs ſed hæc cantantem

(*Hymnulus Animæ a Libidine avertentis ; Cœleſtia ſpirantis ; anhelantis Caſtimoniam.*)

VII.

Honoro Te, Laudo Te, Amo, Te Colo
Cum Sanctis & Angelis in tuo Polo :
Et ut Cor mihi ceſſet ab His ego Nolo.
Sed ut evomat ſpurca, O quam ego volo !

Oratio & Meditatio ante S. Euchariſtiam : ſive Vota Animæ ſanctæ.

I.

O Mea Anima, Vocaris.
Jeſu *amas*, nec *amaris* ;
Saltem te non ſat amamus,
Toties *terga* nos quod *damus*
Menſæ ſacræ : O eamus,
Si cœleſtia ſpiramus,
Spiremus ſaturari eſu
Corporis, *Cruoris* Jeſu.

II.

Stat Sententia ; libet ire :
Semper libet *eſurire*,
Semper libet & *ſitire*
Dapes háſce, has amare ;
Hiſce nunquam terga dare.

III.

At, O Anima, require
Quibus Veſtibus adire

Licet

Licet tibi Deum tuum,
Adeas grata *Menſam* ſuam.

IV.

Fidem quæſo, Jeſu, raram,
Pœnitentiam da amaram,
(Lachrymis ut ſim ablutus,
Priſca *Veſte* ſim *exutus*,
Nuptiali & *indutus.*)

V.

Dilectionem Chriſtianam,
Non larvatam, fictam, vanam
Et *parere* ſim paratus
His de quibus ſum *mandatus.*
Piam da, devotam *Mentem*
Nil terrenum redolentem.

VI.

Sacra *flamma* Pectus urat,
Flamma hæc quæ ſemper durat:
Zeli flamma, & Amoris,
Zeli *Cordis*, *Manûs*, *Oris.*

VII.

Sic paratus O *accedam*,
Sic me totum tibi *dedam*,
Corpus cruentatum edam;
Et quam lætus tunc recedam!

Ora-

Oratio & Meditatio poſt Euchariſtiam : ſive, Suſpiria Animæ Amantis.

I.

O Quam gratiis redeo plenus!
Cor meum *æſtuat* ore tenus:
Os cùm hodie *bibit*, *edit*,
Jeſus mî ſe totum dedit.

II.

O mea Anima *quid dare*
Potes ob hæc, aut quid *amare?*
O mi Jeſu, quid requiris
A miſellis nobis Viris?
Ob hæc, Jeſu, O *quid dabo?*
Potius, Jeſu, *quid negabo?*

III.

An negabo *tibi me?*
Non neganti *mihi te?*
An negabo *Vitam* ſanctam?
An negabo pium *Planctum?*
(Peccatoris planctum pium:)
Vitam, vel *Amorem* dium?

IV.

IV.

Tui, Jeſu, an *Doloris*,
Tui, Jeſu, an *Amoris*,
Ego unquam obliviſcar !
Vidi ego (reminiſcor)
Hodie Corpus laceratum,
Gratiâ meâ *Morti datum*.

V.

Vidi ego te *gementem*,
Vidi *Caput demittentem*,
Vidi *Cruce* te pendentem.

VI.

Caput ſpinis vulneratum
Vidi, *Latus* ſauciatum,
Ad Cor Oſtium vidi datum,
Ob me Jeſu, me amatum ;
Meum Jeſu ob *Reatum*.

VII.

Vidi *Crucem* te portantem,
Preſſum, laſſum, anhelantem.
Vidi *ſanguinem* effuſum,
Meum in *Peccantis* Uſum.

VIII.

Hos *Labores*, hos *Amores*,
Hos, & alios *Dolores*,

Vidi

Vidi crucifixi Dei,
(Ingemiſco) *pro me* Rei.

IX.

Vidi: *Obedire* volo.
Vidi: O *peccare* nolo.
Vidi: *Amo, Laudo, Colo.*

Animæ Pœnitentis, & Amantis Hymnus.

I.

Pœnitet, Piget, & *Tædet* in Terris
Uſq; morari cum nugis & gerris:
O Deus, mi amor, quando *Animam* demis
O quando Cantabo in *Cœlis* ſupremis?
Condona, Glorifica, Ama, me Bea,
O tu quem diligit Anima mea.

II.

Pœnitet uſq; quod Te irritavi,
Et *pudet,* & *dolet* quod Te non amavi.
Dolet de cunctis in te, Deus, Actis
Ingratè, vel *Corde,* vel *Ore,* vel Factis.

Con-

Condona, Glorifica, Ama, me Bea,
O Tu quem diligit Anima mea.

III.

O quando, mi Deus, *me Tibi* parabis?
Et *me* à *Miſeriis* his avocabis?
O Deus cùm *Terris* ab his ego vocer,
Ut inter *Amantes Te*, tunc ego locer?
Condona, Glorifica, Ama, me Bea,
O Tu quem diligit Anima mea.

IV.

Peccavi & *Corde*, & *Factis*, & *Ore*,
Quod recolens, obruor ipſe *Dolore*.
O amove cuncta quæ poſſis ſpectare
In *me*, queis à *Te* ſum indignus Amari.
Condona, Glorifica, Ama, me Bea,
O Tu quem diligit Anima mea.

Gemitus Columbæ.

I.

MAllem quam *Vivere*, & *Valere*
Tibi, Deus mi, *Placere*,

Affligar, Erigar aut *Jaceam*
Tibi modo, Deus, *Placeam.*
O *Tam Placeam,* quam quis Mundo
Mi Deus, *Peto, Quæro, Tundo.*

II.

Omnis *Generis* & *Modi*
Tibi Diſplicentia Odi:
Amo Quæ tu *Amas,* Deus:
Amor tuus *Amor* meus:
O tam Amer, quam quis Mundo
Mi Deus, *Peto, Quæro, Tundo.*

III.

Amans, Dolens, Gemens Reus
Condoner à Te, Chare Deus:
Amans, Dolens: Gemens Reus
Amer à Te, chare Deus.

IV.

Amatus Condonatus ſim
Mille Mundos Tempſerim.

Pri-

Primitiæ Lucis: ſive, Oratio Matutina.

I.

GLoria *in excelſis Deo*
Soſpitanti *mea, meo*;
Hoſtes cum imminuerunt
Et *Inſidias* mî ſtruxerunt.

II.

Jeſu da *expergefacto*
Et in *Lucem* hanc redacto,
Facultatem *obeundi*
Munus meum lætabundè,
Hujus Incola dum *Mundi.*

III.

Nullum in *Peccatum* ruam,
Peto Ego *Gratiam* tuam,
Ne *Socordiam* meam luam.

IV.

Semper, Te ducente, vitem
Infortunia, Mala, Litem;
Quicquid obſit *Pietati*,
Dilectioni, *Charitati*,
Sanctæ & *Æternitati.*

V.

Tuam *Gloriam*, Munus meum,
Me, *Vicinum*, & *Te* Deum
Spectem omnibus in rebus,
Hodie cunctis & Diebus,
Ut à tuo Tribunali,
Fruar *Luce immortali.*

Clauſula ; ſive, Oratio Veſpertina.

TIbi Jeſu me commendo
In *Tutelam*, cum perpendo
Tot *Perîcla* furvæ Noctis,
Ab Hoſtibus *nocere* doctis.

II.

Mundi ero cum oblitus,
O ſim *Angelis* munitus ;
Satellitio hoc ſtipatus,
Dæmon ringens & *iratus*
A me longè ſit *ablatus.*

III. Mi-

III.

Minùs poſſim cum tueri
Me, Præſidium *Gratiæ* meræ
Oro, velle *Te* præbere.

IV.

Somnia nulla ſint, aut dia,
Verè *ſancta*, verè *pia*.
Ut ſopore focillatus,
Tuæ *gloriæ* ſuſcitatus
Sim, & magis *aptus natus*.

V.

O quando detur mî intrare
Poſſe *Gloriæ* magnum *Mare* ?
Ubi Jeſu, Te *amabo*
Semper, *nunquam* dormitabo,
Laudi at *invigilabo*.

Dies Dominicus.

I.

EX *Vacuo* vaſto & *Capaci*,
Et ex *Nihilo feraci*,

Libra-

Libravit Deus *Terræ* molem;
Cœlum, Lunam, Stellas, Solem.

II.

Hodie vult *Commemoratam*
Compagem hanc variegatam:
Concinnam, Nitidam, Mirandam,
Stupendam plane, & Infandam.

III.

Recolimus, Commemoramus;
Factorem Magnum *Adoramus:*
Creantis *Manum* & miramur;
Extaticè & *oſculamur.*

IV.

At Hodie, Mundi Creatoris
Stupendi magis nos *Amoris*
Miraculum commemoramus;
Recolimus, deprædicamus.

V.

Lapſum Mundum, quod Amavit;
Quod *Redemit*, Recreavit.

VI.

Nam, cum eſt flagellis *cæſus*,
Vinctus Funibus, Jëſus;

Sputis,

Sputis *Illitus*, *Vexatus*,
Spinis, Clavis *Laceratus*,
Laniena *deformatus* ;
Extremum Spiritum efflavit :
(Ad Mortem uſque ſic Amavit.)

VII.

Poſt Triduum ſibi vitam dedit :
Fugit *Pallor*, *Forma* Redit :
Fronti *Æquor* eſt ſerenæ ;
Ad Gratiam *Rubeſcunt Genæ* :

VIII.

Colli eſt *erecta*, *bella*
Languentis Cruce, *Columella*.
Fulgent, Jeſu & *Priori*
Illuſtres oculi *Nitore*.

IX.

Quod Sepulcrum conſecravit,
Quod Tertio die ſuſcitavit
Se ; ad vitam Remigravit ;
De Dæmone quod *Triumphavit* ;
Gratè, Læte *Recitamus*
Hæc ; & Laudem Deo damus.

X.

Æternùm quando *Feriemur* !
Æternum Carmen Modulemur !

Cor-

Corporis Ablato Velo
Fruamur Te, O Deus, Cœlo!

XI.

Sceptris Regum hic *Terrenis*
(Gaudiis quantumvis Plenis)
Gratior erit *Iſta Quies:*
Iſta *Vita*, Iſta *Dies.*

Dies Dominicus.

I.

E Vigila mens mea; Neſcis
Quod Dies Iſte, Dies *Meſſis?*
Dies *Fructus Colligendi*,
Et in Cœlis *Reponendi?*

II.

Æſtuante Corde, Læte
Feſtina; *Templum* Dei *Pete:*
Proſterne Te: Et dic, *Peccavi*
In Cœlum: Impia Patravi:

III.

Dic quod Peccata *Deteſtaris*;
Flagitia *Abominaris.*

Et

Et ab his ut Tu *Lavere*,
Prius Tu *Confiterere.*

IV.

O Piiſſime Salvator.
Animarum O! Amator,
Tu ſcis *Mala* quot *Commiſi* :
Tu ſcis *Bona* quot *omiſi.*

V.

Meorum, O, Ne *Pater* ſis
Qui Criminum Memineris.
Da mihi ut *Virtutem* Sectèr :
Quicquid *Sanctum* eſt, Amplectèr

VI.

Da mihi *Vitia Amandare* :
Terrena, mihi da, *Calcare* :
Da *Cœleſtia Sitire* :
Mortem Piam da *obire.*

VII.

O Audiatur vox à me :
Revertere, *Suſcipiam Te.*

VIII.

O me, Jeſu mi, *Condones* :
O! Moderare Paſſiones
Meas, *Corde*, *Factis*, *Ore*,
Præſentiâ tuâ, & *Amore.*

IX.

Ab omni *Vitio* ſim *Purgatus*:
Ab omni *Sorde* emundatus:
Ut à Deo Uno-Trino,
Illapſu Dignus ſim *Divino.*

X.

Me Tibi *arcto* Jungas *Nexu*:
Tuo Dignum fac *Amplexu.*

XI.

Exaudiar, Amer, Adjuver;
Condoner & Fæliciter.

XII.

Vanorum Placeat ne γρύ.
Nil mihi Placeat *niſi Tu.*

XIII.

Nihil Boni eſt in me;
Nil *Poſſum*, nil *ſum*, ſine *Te.*

XIV.

O quando Vitam Agam Divam;
Mihi *Moriar*, Tibi *Vivam.*
Te Laudo Millies, O mi Dux,
Adoro Te, O Mundi *Lux.*

XV.

Splendore me Illuminato
Tuo; *Potentiâ* Roborato.

Ut Vitam ſequar quam commendas,
Igne tuo me *Accendas.*

XVI.

Quicquid Hodie, Jeſu, *Mones,*
Actus tuos, & *Sermones,*
Ad Cælos *Viam hanc* Apertam,
Amans, Humilis, Advertam.

XVII.

Vitam meam, Jeſu, *Morum*
Vitam meam & *Dictorum*
Efformem Normam ad *Tuorum.*

XVIII.

O! Sequar, quantum Poſſim, Lutum,
Exemplar omnium *Virtutum.*

XIX.

Tu qui hodie *ſurrexiſti*
Ab Orco; Dæmona *Viciſti*;
O quando *Cælis* Te Laudare
Liceat? Sabbatum Celebrare,
Extaticè & Feriari!

XX.

Hic, mi Jeſu, Spero fore
Pace, Gaudio, Amore
Perenni, me Abſorptum iri;
Æterna Luce & Veſtiri.

XXI.

O Ubi! Quando!——O me *Captum!*
Horum *Amore!*——O me *Raptum!*
O Quando *Immoralor Laudi!*
O! —— Languentem me *Exaudi.*

Circumciſio D. N.

I.

HOdie Nobis, Jeſu, das
Sanguinis Primitias:
Dabis in Peccantûm Uſum,
Olim *Uberiùs* Effuſum.

II

Nos *Deliciis* Affluentes,
Nos *Delicatius* viventes,
Spectemus Nos *Paſſorum* ducem;
A Cunis, ad *Sanguineam* Crucem.

III.

En *Infantem vagientem*,
Legi & *Obedientem!*
En Dolorem hunc prementem!

IV. En

VI.

En, Jeſu Ignominia, Pudor,
Amor, Labor, Dolor, Sudor!

V.

O! nos *Deliciis* non ſinamus,
Et *Otio* ut *liqueſcamus.*
Voluptatum, *Delectemur*
Dum *Lenociniis* enervemur.

VI.

Nec per Corruptelas *Mundi*,
Volitemus Ludibundi;
Mollem Vitam tranſigentes;
Et *Luxuriâ* Diffluentes.

VII.

Tibi, Deus, Regum Regi,
Fac me Morem *tuæ Legi*,
Paratiſſimè gerentem;
Mitiſſimè *Obedientem.*

VIII.

O *qualem* meritus es *Amorem!*
Qualem & à me *Honorem!*

IX.

Cor tale, Deus, in me *Crea*,
Ut quævis *Reſpiratio* mea,
Ob mei Moduli Tenorem,
Laudem Spiret & *Honorem.*

S. Crucis Inventio. (Ang. *Roodmaſs-day.*)

I.

HOdie Crux inventa fuit,
In quam Jeſus meus Luit.

II.

Pecco ego: Jeſus *nocens*
Pro me *Reputatur*; docens
Ut à me *ametur* Ille
Plus quam *Mundus* millies mille.

III.

Amo Te Paſſorum Ducem,
Exoſculor & ſanctam Crucem.

IV.

Dux Paſſorum hanc per Crucem
Ducar ad Æternam Lucem.

V.

Ubi Nullus Hoſtis; Nullus
Dolor; Gemitus nec ullus:
Nullus *Timor*; Nulla *Spes*;
Aut Mentis *Intemperies.*

O Deus ! Plura non ſum fando !
O Jeſu !——Utinam ! ——O quando !

Epiphania.

I.

EN micantis Stellæ molem
(*Stella* hodie monſtrat *Solem !*)
Sanctum Bethlemiæ *Infantem*
Jeſulum Indigitantem.

II.

Tres Reges Magi ſapientes,
Piè Jeſulum quærentes ;
His *Stellam* Jeſus Præparârat
Quâ Gentibus ſe *Revelaret.*

III.

Per *Iter* Multa Hi perpeſſi,
Et de *Via* Longâ *feſſi*,
Inveniunt *Jeſum*, & Lætantur ;
Jeſum ſanctè venerantur :
Mirificè & Geſtientes
Theſaurum *Jeſulo* ferentes.

The-

Thesauro offerunt *Thesaurum*
Magi ; *Myrrham*, *Thus* & *Aurum.*

V.

Jesu, tu & *Mater*, Vagi
Ægypto eritis : Sed Magi,
Auro, *Thure*, *Myrrhâ*, piè
Suppeditant Impensas Viæ.

VI.

Ducuntur Illi *Stellâ* Duce ;
Ducar ego *Fidei Luce*,
Sancto *Spiritu* & *Duce.*

VII.

Instar Horum Jesum *quæram :*
Oblationem Jesu *feram :*
Oblationem sed Meorum
Cordis, *Oris*, & *Actorum.*

VIII.

Te anhelans, Jesu, *quæram :*
Quærendo Dies meos Teram.
Quæram, & Inveniam ;
Inventum Te & Teneam.

Sancti Pauli Converſio.

I.

TArſo Saule nate, ſedes
Ad *Gamalielis* pedes:
Hic didiciſti *Rabbinorum*
Quodvis Dogma *Hebræorum*:

II.

Et forſan Philoſophiæ Nodos
Ut ſolveres: At nunquam Modos
Didiceras vivendi *Cælis*
Pedes ad *Gamalielis*.

III.

Hic Jeſum nunquam *Didiciſſes*,
Jeſum nunquam *Docuiſſes*.

IV.

Priorum *Dogmatum Tenacem*,
Et nimis, Saule, *Pervicacem*
Te *Dejecit*, & emollit
Jeſus; miſericors & *Tollit*.

V.

Sic in *Terras* es *Dejectus*,
Ut in *Cœlum* ſis *evectus*:
Viâ ut incedas Tutus,
Cæcus es ut ſis *Acutus*.

VI.

Quam es *Inſectatus* pridem
Converſe Paule, doces *Fidem.*

VII.

Tu à Næniis *Judæos,*
Tu ad Bonos Mores, *Reos,*
Vocas : Præjudicii Gentes,
Glaucomate Cæcutientes,
Ad Jeſum ducis : Gentes, *Viles*
Fabellas mittunt, & *Aniles.*

VIII.

Ob Hæc Martyrio Decoratus :
Romæ *Capite truncatus.*

IX.

O me *Dejice* & *Molli,*
Jeſu : Des à Te me *Tolli :*
O ſim ego *deturbatus,*
Modo ſim à Te *levatus.*

X.

Cæcum libenter velim me
Si ſic *acutiùs Cernam* Te.

XI.

O quam velim *ſic Amari,*
O quam velim me parari
Ut *Cruciatus* ob Te *feram,*
Martyrii *Coronam geram.*

XII.

Ad *eam cum* non vocor *Sortem*
Ut ob Te diram patiar *Mortem*;
Me, Hoſtibus ſtipatum denſis
Nec manet *Furca, Ignis, Enſis*;

XIII.

Cum *leniores Medicinas*
Et mitiores Tu *propinas*;
Tormenta nolles ut ſubirem;
O quam *Lætus Obedirem.*

XIV.

Lætus in Eccleſiæ Nave
Jugum Tuum tollam *ſuave.*

CAROLUS I. *Rex Angliæ, Legum, & Religionis Martyr*, Jan. 30. 1648.

I.

ECcleſiæ *Gloria*, Subditorum
Pudor, Martyr, es Tuorum:

Fælicem, Infælicem ſortem
Nos recolimus, & Mortem:

II.

Tibi, Sancte Rex, *Fælicem*;
Miſerandam Regno Vicem.

III.

Britannia Albion fuiſſet,
Si Sanguine non *rubuiſſet*;
Pii Regis & *Cruore:*
Sacro *Barbarorum* more.

IV.

Vitam, Carole, deponis
Legum & *Religionis*
Causâ; *Martyr* ſic oblatam
Te Deo *Victimam* das gratam.

V.

Vincis Tu, ſis licet *victus*;
Sanguineâ Trabeâ amictus:
Cruore *Terris Purpuratus*,
Luce *Cælis dealbatus.*

VI.

A *Manu*, *Corde*, *Ore* duris
Securum reddit Te ſecuris.

VII.

De *Hoſtibus triumphas* Tuis,
Cum *Hoſtium* in manus *ruis* :
Martyrio dant Te coronatis :
Triumphas Tu, His *Triumphatis*.

VIII.

Corona Tua verè terna,
Aurea, *Spinea*, *Sempiterna*.

IX.

Quod *Regnum* Regem Pium neſcit,
Ipſe *Thronus erubeſcit*.

X.

Regis Meditantis Pia
Tingit Cruor Regna Tria.

XI.

O Anglia ferarum more,
Rubeſcis Regis quæ *Cruore*,
Tuum, & non *hunc* fudiſſe,
Debueras elicuiſſe.

XII.

O! æternùm Duraturam
Hanc *Sanguineam Tincturam*,
Ni Jeſu ſanguinis *Nitore*,
Et Pio Lachrymarum *Rore*,
Labes hæcce *emundetur* ;
Et Rubedo *dealbetur*.

XIII.

XIII.

Quâvis cùm adverſâ ſorte,
Opprobriis, Diris, Sputo, Morte
Chriſtus Dei eſt ornatus ;
Eſt *Chriſto Deo* ſimilatus :
Tuas, Deus, *Vices gerens*,
Tuam Lætus *Crucem* ferens.

XIV.

O Deus mi, per *Charitatem*,
Temperantiam, *Caſtitatem*,
Omnimodam per *Sanctitatem* ;
Per *Fidem*, *Patientiam*, *Spem*,
Inſtar Regis mei dem
Me Tibi, & *Sacrificem*:

XV.

Sequar tuam ſanctam Legem
Sequens *Regem*, Regum Regem.

XVI.

Sancte Jeſu, quæſo Te,
Ne *quidquam* patere in me,
Quod non ſit uſque quaque *Tuum* ;
Ne à *Te*, & *Tuis* ruam:

XVII.

Aut ſi *quid eſt* ; à me propelle :
O Iſtud protinus avelle :
Et *Martyrii* me dona,
Aut ſaltem *Gloriæ* Coronâ.

Fe-

Feſtum Purificationis B. V. & Præſentationis Chriſti in Templo.

I.

HOdie Virginis Mariæ
Dei Matris, Sanctæ, Piæ,
Iàm *Purificationem*,
Quàm Occnreutem Simeonem,
(Ulnis *Jeſulum ſumentem*,
Quem amplector, amplectentem)
Et Templo Jeſum *Præſentatum*
Eccleſia Vult commemoratum.

II.

Templo me, O me *Præſentem*
Devotum & *Obedientem*;
Et *Puram* mecum feram *Mentem*.
Mentem O! nequaquam vanam;
Mentem *Diſciplinâ* ſanam.

III.

III.

* *Diſciplina Cuſtos Spei;*
Dux ad Civitatem Dei;
Bonæ Indolis & *Fomes;*
Magiſtra, & *Virtutis Comes.*

IV.

Æterna non recoluiſti
Diſciplinam qui fugiſti:
Nec verè *Deum* habes *Patrem,*
Eccleſiam qui non habes *Matrem.*

V.

Diſciplinam Averſaris?
Peccas? Rides? & Nugaris?
Æternitati cum Crearis?

VI.

Obſtupeo; Neſcio quo melocem
Hanc recolens: Ah! nnnquam *Vocem*
Suſpirio ſine, vel Tremore
Nominandam, vel Horrore.

VII.

Heu! *Æternitatem* neſcis,
Si ad *Vocem* non horreſcis:
Miſcet *Una Vox Hæc* vitiis
Abſinthium; miſcet & Deliciis.

VIII.

---

* *St.* Cyprian *de Diſcip. & Habit. Virgin.*

VIII.

A *Vitiis* ergo mox *emergam* ;
Ad *Vitam* emendatam *Pergam*.

IX.

Vitam vivam ut felicem
Ponam *Securim* ad *Radicem*.
Eradicem parum tutas,
Fibras Vitii minutas.

X.

Sancte Jeſu, tum decenter
Sperem ut à Te *Præſenter*.
Ni à Te *Præſenter Purus*,
Sum æternùm periturus.

XI.

O *Mortis* & *Judicii* Die
Sis mei *Memor*, Jeſu pie :
Purus Deo *Præſentatus*
Sim ; & Tecum ſim *locatus*.

Feſtum Sancti Matthiæ.

I.

SAnctum *Matthiam* ſuffectum
Judæ, Judæ Poſt Defectum,
Piis *Sortibus* electum,
Piè Nos *commemoramus :*
Ob illum Deum & Laudamus.

II.

Sacro *Collegio* Sociatus,
Ad *Africam* eſt evocatus :
Hîc incredibili Labore,
Hîc Flagranti & Amore,
Jeſum offert *Africanis :*
Nutrit Hos Doctrinis ſanis.

III.

Ob Hæc Primùm *Lapidatus*,
Et deinde *decollatus*,
Eſt *Martyrio* Coronatus.

IV.

Talis ſi negatur Fati
Honor ; Jeſu, ob Te Pati

Quid

Quid *vis* me ? Quid *agam* Velis ?
Tuis ut Te fruar *Cœlis*.

V.

Fidem vis Intemeratam ;
Vitam petis *emendatam* :
Petis Vitam *Pœnitentis*,
Vitam & *Obedientis*.

VI.

Ligno Crucis Tu onuſtus,
Petis ut ſim *Pius*, *Juſtus*.

VII.

O ſi *Vitio* carerem !
O ſi *ſenſus cohiberem*
Ab Illicitis *Objectis* !
O Anima, quid Moras nectis ?

VIII.

Vita mea quàm Ingrata,
Jeſu *Hæc* ſint ſi *negata* !
Hæc ſuaviſſimè *jubenti*,
Amantiſſimè *petenti*.

Feſtum Annunciationis B. Virginis.

I.

EN *Gratum* hodie *Nuncium* Cœli
Commiſſum Sancto *Gabrieli*,
Placidiſſimè Parato
Obſequium Præſtet ut *Mandato:*

II.

Pareat Lubens *Deo Patri*,
Salutem dicat *Dei Matri.*

III.

Ocyùs cœpit *Vultu miti:*
Remigio Alarum *niti:*
Per *Aerem* Labitur, & tendit
Ad *Terras*, Molliùs & *Deſcendit.*

IV.

Ave, ſancto dicit Ore,
Plena *Gratiâ* & *Favore:*
Stupendæ *Gratiæ* compos Facta,
Honorem *Matris Dei* nacta.

V.

V.

Pia *Virgo*, Pia *Mater*
Modeſtiſſimè miratur,
Angelum ſe Inviſiſſe ;
Nec *concipit* ſe *Concepiſſe :*
Nec Tali dignam ſe *Favore*,
Se Magni *Dei Matrem* fore.

VI.

Hunc ad Honorem Te Evexit
Humilitatem qui *Reſpexit*
Ancillæ ſuæ, & Dilexit.
Humilia, *Caſta*, *Pia Tua*
Efficiunt ut eſſes ſua.

VII.

Cœlis ſunt quam citò Nota
Humilia, *Caſta*, & *Devota !*
Dicantur *Hæc* de *me*, mi Deus:
Aut Dicar *Pœnitens*, ſi *Reus*.

VIII.

O ! Cæli in Æternis Faſtis
Annumerer *Devotis*, *Caſtis*,
Jeſu & ſimilibus
Annumerer *Humilibus :*
Ut viſant *Angeli* à *Te*
Tandem aliquando *Me*.

Feſtum

Feſtum Sancti Marci.

I.

Petri Diſcipulus fuiſti
Marce, *Nepos* extitiſti :
Ὑποφήτης Audiiſti :
Petro Avunculo *dictante*,
Et Evangelium *Approbante*.

II.

Tibi eſt Adſcriptus *Leo* ;
Te *Fortem* Innuens, dante Deo.
O tuearis Jeſu Bone,
Me *Rugiente* à *Leone* ;

III.

Qui Viros inter *Rixas ſerit* ;
Et quem *devorat* qui *quærit*,
Claudat ὠρυομένε os
Λέων ὁ ῥυόμενος.

IV.

Felix *enituit*, Te Duce,
Italia Evangelii *Luce*.
Sede at *Alexandriæ*
Locatus eras, *Marce* Pie. V.

---

* *Pen. prod. uti* Labbæus *in* Cath. Ind.

V.

Sedulo *hanc* occupâſti:
Animam Hic *Exhalâſti.*

VI.

Ferunt cum *Multos* exantlâſſes
Labores, *Multa* & Patrâſſes;
Sedem Martyrio Te *Ornâſſe*;
Doctrinam ſanguine *Signâſſe.*

VII.

O ſim, Jeſu ſic Honori
Paratus *Vivere*, ſic *mori.*

VIII.

Poſt ſanctam *Vitam*, Piam *Mortem*,
O Martyrum des mihi *Sortem*,
Mi Jeſu: & Catholicorum
Talium Epiſcoporum.

IX.

Des *Aureolam* Piarum
Virginum & devotarum:
Pro Te & me cum hic fuiſti
Aureolam Tu *meruiſti.*

X.

O Quando circa Thronum *ſtemus!*
Hallelujah & *Cantemus!*
Invicem & dum Canamus,
Leniùs Aures *Mulceamus.*

XI.

XI.

Sic dum *Amamus* & *Amamur*,
In *Extaſin* O *rapiamur !*
O Utinam ! O Quando ! *Marce*,
O Quando ! —— O mi Deus, Parce.

Feſtum Sancti Philippi.

I.

FElix *Philippe* qui *vocare*,
A Jeſu ; Jeſu qui *Amare* ;
Felix Jeſum qui *ſequare* :

II.

At magis Fælix æſtimatus,
A Magiſtro cum *Vocatus*,
Ocyùs *ſequi* quod Paratus.

III.

A Jeſu quandocunque *Vocer*,
Cum *ocyùs Sequenti*, Locer :
Aut Amando, obſequendo,
Honorando, aut ferendo.

IV.

IV.

O ſi nullas Jeſu *Moras*
Obedientiæ meæ nôras :
O ſi nullam unquam nôram
Pœnitentiæ meæ *Moram.*

V.

Philippus eſt Bethſcridæ natus,
At in *Phrygia* Lapidatus :
Ibi Saxis noſter divus
Tantum non *ſepultus*, vivus.

VI.

At a *Saxis* eſt ablatus,
Et in *Crucem elevatus*,
Quod Jeſum Chriſtum prædicavit :
Sic piam Animam efflavit.

VII.

O ſim ego ſic Tractatus ;
Amem modò, ſic *Amatus.*

VIII.

Corde meo *æſtuante*,
Amore Jeſu, Jeſu dante,
Sacro Spiritu *Adjuvante*,
Lubens ſic *tractatus* forem,
Ob Jeſu *Nomen* & *Honorem*
Doctrinam Jeſu, & Amorem.

IX.

Eſſentiæ Eſſentia
Meæ, Jeſu, mihi da,
Cor meum ſit *Amoris Ara:*
Gratum in me *Cor*, O para.

X.

Cor paratum pro Te *mori.*
Tuo Inhians *Honori*,
Tuo Inhians *Amori.*

IX.

Ut lætus *curram* ſic Poſt Te,
Sponſe dulcis, *trahe* me.
O Demas *Tui*, dum hic ſtem,
Diſſimilitudinem.

Sanctus Jacobus Alphæi Filius.

I.

Jacobus filius *Alphæi*,
Juſtus Cognomine; & Mei
Frater *Jeſu Chriſti*, Dei;

Cui

Cui obtigit *Epiſcopatus*
Jeruſalem : Pòſt eſt Ornatus,
Et *Martyrio* coronatus.

II.

Epiſtolam Conſcripſit *Mei*
In Gratiam, & *Eccleſiæ* Dei.
Quam Aſſiduè ſic *legam*,
Ut *emendatam Vitam* degam.

III.

Cameli Inſtar reddidiſti
Tu *Genua* ; *Callum* obduxiſti :
Orando feceras *Nodoſa*,
Flectendo fuerant *Calloſa*.

IV.

O ! Te, Sancte, *Imitando*,
Et Aſſiduè *orando*,
Nodoſa genua faciam mea
Et *Calloſa* reddam ea.
Sentiam quod Preces miſi,
O ! Molimine fælici.

V.

In *Pinnas Templi* es locatus ;
Ab Illis & *Præcipitatus* ;
Fullonis ſemivivus *Fuſte*
Percuſſus es, *Jacobe Juſte*.

VI.

Sic inusitato More
(Et quis crederet hoc Fore)
Ab Hostibus *detrusus* Tuis,
Præceps Tu ad Cœlum *ruis.*

VII.

Fidem, Jesu, etsi ruam,
Conservem sartam tectam, *tuam.*
Usq; dum abhinc *Ablatus,*
Sim in Cœlos *cooptatus*:
Tecum in æternum manens;
Multò & concinnius canens.

Festum Sancti Barnabæ.

I.

PAuli, *Barnaba,* Amator,
Pauli *Barnaba,* sectator,
Terris Comes qui Fidelis;
Gratus *Comes* es in *Cælis.*

II.

II.

Ad *Fidem* vos ſtatuminandam,
Nitelam vos ad concinnandam
Eccleſiis, multa ſubiiſtis;
Vos Solicitiùs Torſiſtis.

III.

Agrum Tuum *Vendidiſti*,
Nummum Tuum obtuliſti;
Sancte Barnaba, Effuſum,
Eccleſiæ in naſcentis *Uſum.*

IV.

Quis è *Diſcipulis* Majorem
Septuaginta Te, Laborem
Subivit? *Corde* pleniorem
Monſtravit, *Barnaba*, Amorem.

V.

Jeſum quis unquam *Caſtiori*
Proſequutus eſt *Honore?*

VI.

Cœlum quis unquam Te *ſpiravit*
Ardentiùs aut *anhelavit!*
Et his cunctis quæ feciſti
Tu *Martyrium* Adjunxiſti.

VII.

Antiochiæ docuiſſes
Cùm *Jeſum*; multos convertiſſes;
Succeſſu magno coronatus;
Es dulciùs, *Barnaba*, lætatus.

VIII.

O *Nullis*, ego *Nullis*, præter
Succeſſus Pios multùm læter.
Tunc *læter* cum ſint Propagata,
Jeſu Fides Illibata,
Nomen, *Gloria*, *Mandata*.

IX.

Te *Judæi* Lapidârunt
In *Cypro*, tandem & Necârunt.
Saxorum Mole obruentes;
Sic Vivo *Tumulum* ſtruentes.

X.

Eorum *Facta* Imitemur
Quorum *exitus* miremur.

XI.

Des modo pro Te *Pati*, *Mori*,
Me, *Jeſu*, Martyrem me Fore
Ob Gratiam Tuarum Legum;
Coronam non optarem *Regum*.

XII.

Ad Cælos Viâ hâc delata
Phalanx Martyrum *Beata.*

XIII.

Poætæ Viam *lacteam*
Clauditote, Chriſtus jam
Docuit *Sanguineam.*

Natalitia Sancti Johannis Baptiſtæ.

I.

Baptiſta ſanctus Hodie *Natus*
Qui ad Honorem eſt levatus,
Ut *Baptizet* Servatorem,
Sole licet *Puriorem.*

II.

Nulli, Legimus quod detur
Sanctorum *Honos*, Celebretur
Natalis Dies; *Jeſum* Præter

Et

Et *Baptiſtam* hunc : O qualis
Utriuſque eſt *Natalis ?*

III.

Parit Sterilis Baptiſtam
Virgo Peperit & Chriſtum.

IV.

O ! cui in Eremo *Quies,*
Sancta ; *Placidè* & Dies
Deo, Tibi, Qui *Triviſti :*
Sacro *Receſſu* qui degiſti ;
Piè & *Delituiſti* ;

V.

Tu qui vino *Temperaſti*
Qui, *Luxuriam* vitâſti ;
Affectus Pravos *Domuiſti* ;
Ἀσκητὴς Pius extitiſti ;

VI.

Tu ab his quàm *aptus natus*
Ut ſis Deo *Dedicatus :*
Præcurſor Jeſu ut voceris !
Pœnitentiam concioneris !

VII.

O ! piè nos & *ſecedamus :*
Errores noſtros *deſleamus :*
Errores noſtros *corrigamus.*

VIII.

VIII.

O Deus! *Scelerum* noſtrorum,
Minùs ſanctè & *Actorum*,
Memoriâ ſic *cruciemur*,
Ut *Pœnitentes* emendemur:
Tandem & à Te *Amemur.*

IX.

* *Cecidimus Pupilli Tui:*
Inter *Cadentes ego* fui:
At *Vacuus* neutiquam ſim *ſpei*;
O Deus miſerere mei:
Qui *Præcurſorem* Jeſu Sector:
Jeſum *Pœnitens* Amplector.

Feſtum Sancti Petri.

I.

NEgotia Hodie ſeponamus
Privata; Feſtum celebramus
L Apo-

* *S. Auguſt in ſoliloq. c.* 24.

Apoſtolorum *Coryphæi,*
Sancti Petri, ſervi Dei.

II.

Recolentes Te lætemur :
Et Piè, *Petre,* Feriemur.
At datur Terris, quam tu velis
Tibi major Honor, Cælis.

III.

Non datur à primævis bonis
Primatus Juriſdictionis :
At Tibi, Sancte, non Negamus
Primatum Ordinis ; ſed damus.

IV.

Decreti quoſdam Tenet *Lethe*
* Κεκλείσθω τὰ ἀρχαῖα ἤθη.
Aut *Catholicum* Tempſerunt
Decretum iſtud, aut oderunt.

V.

O per omne Chriſti *Templum,*
Amoris Maximum *Exemplum !*
Amoris fragilis, & *Flentis*
Quod *fragilis* ; & *Pœnitentis.*

VI.

---

* *Concil. Nic. Can.* 6.

VI.

Hoc namque Tibi eſt indultum,
Per Galli *Vocem*, Chriſti *Vultum*,
Ut ad Amorem *Revoceris* ;
Ut Rurſus *Ames*, & *Ameris*.

VII.

Θερμόπες & Jeſum Ducem
Sequutus es ad uſque Crucem.

VIII.

Romæ, de Vitâ Tu migrâſti,
Pium Spiritum efflâſti :
At Crucis *Præceps* Tenes Vectes,
Ut nil niſi *Cælum Spectes*.

IX.

Sancte, in Eccleſiæ Nave
Fruar tua, *Petre*, Clave :
Clave ſcilicet *Sanctorum*
Sequentium Te *Epiſcoporum*.

X.

At Fruar *Pœnitentia* priùs ;
Lachrymas effundens Pias ;
Has Tibi Gratas, Jeſu, noris :
Divini *Lachrymas Amoris* :

XI.

Jeſu Amantiſſime,
Sponſe mi dulciſſime,

Cum desierit hîc Labor,
Tua Formâ satiabor.

XII.

Memini dixisse Te,
Qui sitit veniat ad me:
Puriori quantum Libet
Et *ex fonte Vitæ* bibat:

XIII.

* *Da sitienti Animæ,*
Bibat affatim *ex Te.*

XIV.

De *Vitiis* Mentem meam *deple:*
Sanctis, Castis, Probis Reple.
Petri Instar sim Paratus
Si ad Mortem evocatus.
Ego Te sic, Petre, secter,
Lætus Mortem ut *Amplecter.*

XV.

Ut Te solum *Reminiscar,*
Terrena, Vana *Obliviscar,*
Seraphicus sit Amor meus;
Inebria Cor meum, Deus.

Festum

* *St. Aug. Meditat.*

Feſtum Sancti Jacobi, Zebedæi Filius.

I.

Jacobe Fili Zebedæi,
Jacobe, Sancte Galilæe,
Stipatum inimicis denſis
Cruentus Te Ademit *Enſis*.

II.

At ab Inimicis *Unus*,
Idem Tecum Subiit *Funus* :
Se *Chriſtianum*, eſt Profeſſus
Et Tecum Mortem eſt Perpeſſus.

III.

Te cum videt *mirè Fortem*,
Damnatus licet ſis ad Mortem ;
Cum vidit Lætum Te *parari*
Ob Dei Filium *Immolari* ;

IV.

Martyrio Tecum decoratus
Eſt ; *Martyrio* Coronatus :
A Te priùs *oſculatus* ;
Poſtquam *Veniam eſt precatus*.

V.

V.

O ſi Ego veſtram *Sortem*,
O ſi Ego veſtram *Mortem*
(Deo Adjuvante) feram:
Dignus qui Honorem geram !

VI.

O ! mihi ſit parata *Sedes*
Ad *Veſtros* ſacros (Sancti) *Pedes* :
Ego ſemper ſim Paratus
Sim *Veſtrûm* Inſtar, *immolatus*.

VII.

O Jeſu, Te Amantium horum
Martyrio coronatorum,
Et Magna *ſanctitate Morum*,
Adeam aliquando *Chorum*.
Ubi *Cantilenam* Sanam
Agno, Voce, Mente, *Canam*.

Feſtum Sti. Bartholomæi.

I.

A Poſtole *Bartholomæe*,
Fidelis Sancte, Sanctti Dei,
Qualia

Qualia Tu ob *Jeſum* feres?
Regis Nepos, *Regis* Hæres.

II

Ad *Syriæ Coronam* natus,
Coronâ lubens Spoliatus,
Martyr es *excoriatus*.

III.

Armeniam, Sancte, Inviſiſti:
Polymium Regem Convertiſti
Polymii Regis & *Uxorem*
Duxiſti *Jeſu* ad Amorem.

IV.

Civitates *duodenas*,
Perduxiſti cùm *Armenas*
Ad *Fidem* & Doctrinam *Chriſti*;
Spiritum Deo reddidiſti.

V.

Pelle tua es *exutus*,
Ut Gloriæ *Stolâ* ſis Indutus:
Magis & Coronam *Cælis*
Quàm *Terris* his, prudenter velis.

VI.

Terris dum Camporum æquor,
Premo, hoc exemplum ſequar.
Jeſu, fac ut lætus vellem,
Ut pro Te *Amittam Pellem*.

VII.

VII.

Ob Te nunquam nimiùm putem,
Ut *Exuam* Mortalem *Cutem* ;
Qui Mei Cauſâ, tua Velles
Sacra laceretur *Pellis*.

VIII.

Quam *Rex* eſſe Terris, Malim
Pro Te *Animam exhalem*.

IX.

Dum Corpus *lancinatum* perit,
Jeſu Stigmata & gerit,
Divino Mens *Amore* tuta,
Eſſet *Gaudio* delibuta.

X.

O Mentis meæ Sancta *Lux*,
Affectuum meorum *Dux*,
Jeſu, Te Sic Amem Deum,
Sequar ut *Bartholomæum* :
Sequar eum quavis *ſorte* :
Sanctâ *Vitâ*, Piâ *Morte*.

Feſtum Sancti Matthæi.

I.

SAncte *Matthæe*, (Lævi pridem)
Chriſti Crucifixi Fidem
Scriptis, *Dictis* Propalaſti :
Longè lateque Propagaſti,
Et *Miraclis* confirmaſti.

II.

Quis Putaret *Maleſanum*
Non ita pridem *Publicanum*,
Doctrinam Propinare ſanam.

III.

Humana hæc non fiunt Vi :
* Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ.

IV.

Sequutus es *Vocantem* Deum :
At Paulò poſt *Vocaſti* eum,
Ad Telonium qui ſediſti
Jeſum *Convivio excepiſt*.

V.

Scribis Gentem ob *Judæum*,
Evangelium *Hebræum* :

* S. Jo. iii. 8.

In *Æthiopiam* Profectus,
Ibi, ſancte, es enectus.

VI.

Ubi *Jeſum* Tu Amare,
Et ſolitus es *Adorare*,
Myſteria ſancta *celebrare*,
Es occiſus ad *Altare*.

VII.

Victimam ſtitiſti gratam
Te ob *Jeſum* Dei Natum.
Servus Dei *Immolatus*
Eſt, quod Jeſus prædicatus.

VIII.

Ad *Altare* Gratus ſtem,
Te dante, *Victimam* me dem,
Jeſu: Semper Sim Paratus
Tibi ut ſim *Immolatus*.

IX.

Per Te, prius *Immolatum*,
O ſim *Sacrificium* gratum:
Divinis flammis me exhauſtum
Siſtam gratum *Holocauſtum*.

Fe-

Feſtum Sancti Michaelis, & Omnium Angelorum.

I.

SAncte *Michael*, Magni Dei
Cœleſtis Aulæ *Coryphæe*,
Sancte *Michael* Sanctorum
Dux & *Princeps* Angelorum;

II.

Veſtrum hodie Honorem
Eccleſiæ Gerentes Morem,
Lubentes, Læti, celebramus:
In *vobis*, *Deum* Honoramus.

III.

Noſtri vos *Concives* eſtis;
Patriæ Incolæ *Cœleſtis*:
A Te, *Deus*, deputantur,
Nobis cum *Auxiliantur*.

IV.

Sunt *Præſiò*, Te Conſtituente:
Patrocinnatur, Te Jubente:
Tuam obſervantes Legem,
Tuum Hi *Cuſtodiunt* Gregem.

V.

* *Adjuvant Hi Laborantes*
Et Hortantur Hi Pugnantes:
Protegunt Hi quieſcentes:
Et Coronant Hi Vincentes.

VI.

Cuſtodiunt quos Tu *Cuſtodis:*
Dum quibus poſſumus nos Modis,
Sectamur *Juſta*, *Pia*, *Pura*;
Grandis eſt de Nobis *Cura.*

VII.

Diligunt quos Diligis;
Deſerunt quos Deſeris;
† Inter *Te* & *me* Currentes,
Suſpiria mea *Referentes*,
Per Te, mihi *Succurrentes.*

VIII.

Tecum & cum *His*, mi *Deus*,
Cœlis eſt Theſaurus meus:
O quando viſam *Puriores*,
Et *Spiritus* Liberiores!

IX.

O Deus, *Jeſu* per Cruorem,
Concilies Animæ *Nitorem*;

Ut

* *Sanctius Aug. Solil.* c. 27. † *Id. ib.*

Ut deponam hîc *Timores* ;
Ut deponam hîc *Errores.*

X.

Pacatos Paucos tero *Dies*
Terris, Nuſquam Tuta *Quies :*
Hic pauci *Sancti*, *Juſti*, *Mites* ;
Hic ſunt *Hoſtes*, *Bella*, *Lites :*
Foris Improbi *Labores :*
Intùs anxii *Dolores.*

XI.

Illic unuſquiſque *Pius*,
Probus, Sceleris Nullius
Conſcientiâ perterretur,
Exalbeſcit, Commovetur.

XII.

Hic Animi ſunt *Defæcati*
Caſtis *Moribus* Ornati.

XIII.

Gemimus licet, *Corde*, *Ore :*
O ! *Choro* hoc ſuperiore
Quando *Voces* Nos *Addemus !*
Cum *Angelis* O concinemus.
A Terrenis ut Levemur,
Agnum Cælis ut *Sectemur.*

Feſtum

Feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ.

I.

SAncte *Luca*, *Medicinis*
Obſiſtens Tu *Morborum* minis ;
(Antiochiæ Tu *Galenus*)
Salve, qui *Salutis* Plenus ;
Salutem Animis Præbere
Qui noſti, Morbis & *Mederi.*

II.

Eras Tu *Apoſtolorum*
Comes, *Auctor* & Illorum
Piè primitùs *Actorum.*

III.

Refert *Nicephorus Olivæ*
Te Appenſum, *Luca dive :*
Oliva, per Te ſic denatum,
Fructum tulit Deo *gratum.*

IV.

Cum, *Sancte Paule*, Te liquerunt,
Et Alii deſeruerunt ;
Eſt quem Tecum ſemper Ducas ;
Fidelis *Comes*, ſanctus *Lucas.*

V.

O Evangeliſta Dive
Cum appenſus es Olivæ,
Ad Cœlum ex Olivâ ſcalas
Facis ; & Animam exhalas.

VI.

Oliva nulla mitiorem
Fructum tulit ; gratiorem
Cœlis fuerat quam is :
Et Cœlorum Incolis,

VII.

Aphoriſmos *Medicorum*
Novit, Novit & *Pictorum.*

VIII.

Quippe graphicè *Pingendi*
Imagines & *Effingendi*
Artem Novit : Uti ferunt
Hi qui *ſcripta Priſca* Terunt.

IX.

* Ἀλάπον (Præſcriptum ſive)
Lucæ Evangeliſtæ Divi,
Manibus nonnullis Terunt,
Etiamnum, uti ferunt.

X.

---

* *Dem. Grego. Notæ, &c.* c. 36. p. 157.

X.

Sancte *Medice*, in me
Eſt quod *ſanare* velim Te :
Et, Sancte *Pictor*, eſt quod *pictum*
Et Velim graphicè *Effictum*.

XI.

Meæ (& totius orbis)
O! Animæ *medere Morbis* :
Corde puro Jeſum *Pingas* ;
Nil niſi Jeſum, hic *effingas*.

XII.

Ut Terris gerens Mentem *ſanam*
Tandem Tecum Cœlis canam :
Superioris Voce Chori,
Salutis Laudes & Auctori.

XIII.

O quando Sarcinam deponam
Et *Tuam* viſerim *Coronam* ?
Hic nullus *Afficit* canentes
Morbus ; Corpora, vel Mentes.

Feſtum

Feſtum Sancti Simonis Zelotæ.

I.

DEvotiſſimus *Zelotes*
Ut *Jeſum* Dei *Filium* Notes
Orbi, Tu fediſti *laſſus*
Quoties? Quæ & quanta *Paſſus?*

II.

Ferunt Quidam Inviſiſſe
Te *Britannos*; Hìc fuiſſe;
Et Chriſti *Fidem* Propalaſſe
Hìc, *Doctrinam* ſeminaſſe.

III.

Evangelii Monſtrans *Lucem*
Britannis, Actus es in *Crucem*:
Longam Literam feciſti:
Æternam *Lucem* & viſiſti.

IV.

Alias *Efferatas Gentes*,
Ad Pias Perduxiſti Mentes.

V.

Quot Labores Tu tuliſti
Ob *Jeſum*, quot ſuſtinuiſti,

Ægyptus Novit; Novit bene
Lybia, Perſia & Cyrene.

VI.

O ſi ego toleraſſem
Tot, & *Tanta!* ſic Amaſſem!

VII.

Cum non vocor ad *Dolores*
Tot, & Tantos ad *Labores*;
Et in *Cruce* cùm non Locor,
Ad *Enſem*, vel ad *Ignem* vocor;

VIII.

Pudeat ſaltem non *egiſſe*
Sanctam *Vitam*; & fuiſſe
Me, *qualem Jeſus* me oravit
Fore, qualem me *mandavit.*

IX.

Ob hæc Tumet Cor *Dolore*;
Confectus Animus *Mœrore*,
Me *Vitam* ſanctam *denegare*;
Nil aliud Poſſim cum Præſtare.

X.

At *Lubens*, *Ocyùs* Præſtabo;
Nec ulterius negabo.
Gratiam, *Jeſu*, mî Largire,
Per *Crucis Viam* queam *ire.*

XI.

XI.

Crucem Indefeſſus Portem
Meam; & ad uſq; *Mortem*:
Ab Hominibus *ſecedam*,
Puriùs me Tibi *dedam*.

XII.

Tua vulnera *Inſcribantur*
Corde meo, ut legantur
In eo (dum in Terras ſto)
Tu, & Tua *Paſſio*.

XIII.

Transfigas me Amoris *Telo*,
Ut Gratus *Sanctis* ſim & *Cælo*:
Oro, *Zelo* Cordis moti
Efficiar *Compos* Hujus *voti*.

IV.

Tibi me (& me *Zelotem*)
Paulò ardentiùs Devotem.

Feſtum Sancti Judæ, Sancti Jacobi Fratris.

I.

SAncte *Juda*, qui *Lebbæus*
Dictus, Dictus, & *Thaddæus*;

Sancti Qui *Jacobi* Frater,
Gentium Converſarum *Pater* ;
Cùm *Jeſu* Nomen Propalaſti,
Quot & *Quanta* Toleraſti !

II.

Cum Rex *Abgarus* Edeſſæ,
Novit Jeſum Terris eſſe ;
Inveteratum ut *curaret*
Morbum quendam, & ſanaret ;

III.

Literas ad eum miſit.
Edeſſam Jeſus non inviſit ;
At Reſcripſit ſe Miſſurum
Servum, *Illum* ſanaturum.

IV.

Sancte *Juda*, Tu, *Thaddæe*
Fidelis ſerve, Sancti Dei,
Abgarum Edeſſæ Regem
Docuiſti Chriſti Legem :
Morbum Corporis *curaſti*
Morbos Animæ *Sanâſti*.

V.

Docuiſti Tu *Judæos*,
Samaritas, *Galilæos*,
Syros, *Perſos*, *Idumæos*.

VI.

VI.

Jeſu Chriſti Fide ſanos
Tu *Meſopotamitanos*,
Arabes & Reddidiſti :
Epiſtolam & Reliquiſti.

VII.

In *Perſide* Te trucidatum
Et Martyrio coronatum.
Quidam volunt eſſe certum :
At quâ Morte, Incompertum.

VIII.

Mirâclis, *Scriptis*, *Dictis Factis*,
Multa *Paſſus*, Multis *Actis*,
Cum Fidem *Jeſu* ſeminaſti ;
Cruore *Fidem* Confirmaſti :
Doctrinam ſanguine ſignaſti.

IX.

Hæc Facta à *Primævis Viris*.
Jeſu, quid à me Requiris ?
O ! Primævi quid fecêre,
Primævi quid ſuſtinuêre,
Sancte Jeſu, Probe nôſti :
Et quid jam à *me* popôſti ?

X.

(Ego & ob Nomen Chriſti
Cur non Poſſum Hoc *quod Iſti ?*)

XI.

XI.

Plenam *Vitam* Tu *Amore*
Tui, Poſcis & *Honore :*
Curam Tua ob Mandata :
Cordôlium ob Violata.

XII.

Eheu ! Te non ſic *Amavi :*
Talem Vitam *denegavi.*

XIII.

Peccavi, Fateor, *Peccavi :*
Nec ſat *feci*, nec *Amavi :*
Minimè quæ Perpetranda
Patravi ; Plurima nefanda.

XIV.

Vulnera O ! Infelicem
Mentem meam *Peccatricem*,
Amoris & doloris *Telo*,
Uſq; dum Te Fruar Cœlo.

XV.

A *Pœnitente* qui Amaris,
O Domine, miſererearis
Pœnitudine Affecto ;
Amantiſſime dejecto.

XVI.

Lachrymis qui Redit veris
Amplecti Prodigum digneris :

Cruce

Cruce Manus Velis Tendi
Tu, in Modum *Amplectendi*..

Feſtum omnium Sanctorum.

I.

SAnctæ *Animæ*, quæ Pridem
Sanctam Habuiſtis *Fidem*,
Eandem Mecum; & *Labores*,
Eoſdem mecum; & *Dolores*;
O quando abhinc Avolabo!
Ardentiùs inter *vos* Amabo!

II.

Quæ, & quanta *vos* Patraſtis!
Quæ, & quanta Toleraſtis!
Quæ, & quanta *vos* feciſtis!
Quos, *quot* Hoſtes & viciſtis!
Hoſtes *Domi*, Hoſtes *foris*;
Hoſtes omnibus in *Oris*;
Fidei Armis, & *Amoris*.

III.

III.

Veſtra ſolùm Cœlis Nota,
Gemitus, *Suſpiria*, *Vota.*

IV.

Cum *Crudeliùs* vos Mactati,
Inclementiùs Tractati,
Verberibus & vinculis,
Latomiis, Equuleis;

V.

Igne, *Ferro*, *Cruciatu:*
Quocunq; vos fuiſtis ſtatu,
Amorem veſtrum comprobaſtis:
Nil niſi Cœlum *vos* ſpiraſtis.

VI.

Querelas nullas emiſiſtis;
Nil, niſi *Laudes* ceciniſtis.

VII.

Spectat mea Mens Te Deum;
Exaudias *Pœnitentem* Reum:
O Annuas ſequenti voto,
Tibi, Deus, Probè Noto:

VIII.

Cum Rebus à terrenis Vocer
O! Inter *Hos* Amantes Locer.
Hìc Nullum Laude habes Segnem:
Hìc, O *cantem*, *Amem*, *Regnem.*

IX. Hic

IX.

Hic ego Nullam Timeam *Mortem* :
Nullam hic Adverſam *Sortem* :
Vim, Dolorem, Sitim, Famem :
A Sanctis ſed Amatus, Amem.

X.

Æternùm *Amem* hìc, *Amatus* :
Laude nunquam hìc Laſſatus,
Laude nunquam ſatiatus.

XI.

Lapſi Angeli Vacantem
Sedem Poſſideam hic, & cantem.
Nihil his Deliciis Par ;
O ! Laudibus diſſoluar :
Hic fiam, Domine, cum His,
Amor, *Flamma*, *Extaſis*.

Feſtum Sancti Andreæ.

I.

BEthſaidæ *Andreas* eſt Natus :
Eſt Feliciter *Piſcatus*
Eſt, A *Jeſu* cum Vocatus. O II.

II.

Felix Hominum *Piſcator*
A Salvatore Nuncupatur
Ab eo Primùm cum *vocatur* :

III.

Quanta Prædicabo de Te
Sancte, qui Liquiſti *Rete*
(Morâ nullâ qui Liquiſti)
Quo pridem Te *Implicuiſti.*

IV.

O Cuncta *linquam*, Tuo More,
Jeſu obſtant quæ *Honori*,
Jeſu obſtant quæ *Amori* ;
Quæ non Poſſideam decorè.

V.

Scythia, *Thracia* & *Epirus*
Viderunt Te : His Locis mirus
Dictis, Factis es ; ibidem
Cùm *Jeſu* ſeminaſti *Fidem.*

VI.

At in *Achaiam* Tu Profectus,
Tormentis *Crucis* es enectus :
In Crucem, qui Achaia degit
Proconſul Te *Ægæas* egit.

VII.

VII.

Jeſum ſequeris dum Ducem
Sic, *Sancte*, Actus es in Crucem.
Quam Tu primùm cùm vidiſti,
Exclamare tum Cæpiſti :

VIII.

O *Crux*, ſolicitè Amata :
Diu *Crux* deſiderata
Cupienti præparata,
Omnipotenti Redde *Deo*,
Redde me *Magiſtro* meo.

IX.

In *Cruce* pendens, Tu, ut pridem,
Chriſti prædicaſti Fidem.
Per Biduum vivus pependiſti
Cruce ; *Jeſum* docuiſti.

X.

Talis *Jeſu* ſim Amator ;
Mens mea *Jeſum* ſic ſequatur ;
Et ob Nulla Terreatur.
At Valedicat Mundo læta
Auxilio Gratiæ Dei freta.

XI.

Amanter, Dulciùs & Lenè
Cor meum Manu, Deus, Tene.
Tene, Protege, & Rege
Ut tuâ *Conſervetur* Lege.

XII.

Ut Te Piè *contempletur :*
Te, & Tua *Meditetur*
Juſta, Sancta, Caſta, Pia,
In Regiâ licet *Crucis* Viâ.

XIII.

Ut Tandem Aſſequar hoc *Donum :*
Perveniam ad *ſummam Bonum.*

Feſtum Sancti Thomæ.

I.

APoſtolus Indorum *Thomas.*
Sancte *Thoma,* feros Domas :
Plenus Tu piarum Frugum,
Chriſti dum Imponis *Jugum.*

II.

A Te dum prædicatur *Jeſus,*
Telis confeſſus es, & *Cæſus :*
Sacro & Martyrii Fine
Decoratus *Calaminæ,*

III.

Parthos, *Medos*, & *Hyroanos*,
Bactros, *Perſos*, Chriſtianos
Dei Gratiâ, Feciſti ;
Fidem Hiſce Tradidiſti.

IV.

Sancte *Thoma*, Ipſe Pridem
Vacillaſti, quoad *Fidem* :
Ut non uſq; dubitares,
Chriſti vulnera *Palpares*.

V.

Piè vult, ut *Tractes*, Deus,
Incredulitatis Reus :
Ut Tractans dicas, O *mi Deus*,
Dominus & Deus meus :

VI.

Ut nos nunquam *dubitemus*,
Firmiùs & Crederemus,
Et impenſiùs Amemus.

VII.

Beati Hi qui *non Viderunt*,
At vero Piè *crediderunt*.
Nunquam *Vidi* ; Jeſu, *Credo* :
Tibi me, & mea dedo.

VIII.

Sancte *Jeſu*, & Te dante,
Tua Gratiâ Adjuvante,
Pectore ex æſtuante,
Ad Mortem uſq; piè *credam :*
Tibi me & Mea dedam :
A Te neutiquam recedam.

IX.

At pridem Heu ! à Te *receſſi* ;
Nec Tibi *Morem* ſatis *Geſſi :*
Et quamvis Nullus *dubitavi* ;
Quoad *Mores* vacillavi.

X.

Sanctus *Thomas* Adoravit,
(Jeſu) *Thomas* deamavit
Te, cum vulnera Tractavit.

XI.

Credo, licet non *Tractavi* :
Doleo quod non ſat Amavi ;
Amo, *doleo* & Adoro,
Enixiſſimè & Oro ;

XII.

Mihi Terris, Tu à Cœlis
Da quod in me eſſe velis.

XIII.

Spiritus tui * *da Fulgorem,*
Da *Vivificum Ardorem,*
Da *pacificum ſaporem,*
Et, ſi placet, *da dulcorem.*

XIV.

Mentem ſicAccendas meam :
Amem ; cum nil aliud queam.

Feſtum Sancti Stephani Proto-Martyris.

I.

MArtyrii hodie *Coryphæi*
Martyrum Sanctorum Dei,
Juvat piè *meminiſſe* :
Colloquiis *Recoluiſſe* :

II

Στέφανος *Corona* ſonat :
Coronam Deus ſic *coronat* :

Martyrii

* *Car. Bonæ.* (ex *Rogerio*) P. 172.

Martyrii nempe decoratus
Coronâ primâ, & ornatus.

III.

Saxorum Imbrem Ingruentem,
Sanctum *Stephanum* ferentem,
Ferentem lætè, celebramus :
O! a *Stephano* diſcamus,
Inimicos diligamus.

IV.

Apertum Cœlum Anhelavit :
At priùs *Spiritum* quàm efflavit
Salutem Hoſtibus *Spiravit.*

V.

Me tuâ ſanctitate Veſti
Jeſu Domine, Cæleſti ;
Tuis Meritis me Velem :
Sola *Cæleſtia* Anhelem :
Agoniâ Mortis cùm Laborem,
Ut ob *Inimicos orem.*

VI.

Hâc in vitâ dum degamus
Decipimur & dormitamus :
Nos *Martyrii* recuſamus
Coronam, & repudiamus.

VII.

Non ſatis *Martyres* ſectamur,
Illorum *Facta* Imitamur,
Aut *Præconiis* delectamur.

VIII.

Amore Mundanorum capti,
Ad *Martyrium* minùs apti.

IX.

Delicias, *Commoda*, *Honores*
O! nimis quærimus: Labores
O! nimis fugimus: non *ſpretis*
Terrenis Lenociniis lætis.

X.

Ad Solium *Martyres* at Stabunt:
Martyrii Vulnera monſtrabunt:
Suorum * *Verberum ferentes*
Cicatrices Relucentes.

XI.

Me *ad hoc*, mi Jeſu, voca;
Immerentem licet, *Loca:*
Hoc *meruiſti* Immerentes
Ob Amatores Pœnitentes.

XII.

Ad Te *Aſperam*, hanc Piam
Aut *Cupiam*, aut *calcem viam.*

* *Ephræm Syrus de Laud. Sanctorum Martyrum.*

Martyrii nempe decoratus
Coronâ primâ, & ornatus.

III.

Saxorum Imbrem Ingruentem,
Sanctum *Stephanum* ferentem,
Ferentem lætè, celebramus :
O! a *Stephano* diſcamus,
Inimicos diligamus.

IV.

Apertum Cœlum Anhelavit :
At priùs *Spiritum* quàm efflavit
Salutem Hoſtibus *Spiravit.*

V.

Me tuâ ſanctitate Veſti
Jeſu Domine, Cæleſti ;
Tuis Meritis me Velem :
Sola *Cæleſtia* Anhelem :
Agoniâ Mortis cùm Laborem,
Ut ob *Inimicos orem.*

VI.

Hâc in vitâ dum degamus
Decipimur & dormitamus :
Nos *Martyrii* recuſamus
Coronam, & repudiamus.

VII.

Non ſatis *Martyres* ſectamur,
Illorum *Facta* Imitamur,
Aut *Præconiis* delectamur.

VIII.

Amore Mundanorum capti,
Ad *Martyrium* minùs apti.

IX.

Delicias, *Commoda*, *Honores*
O! nimis quærimus: Labores
O! nimis fugimus: non *ſpretis*
Terrenis Lenociniis lætis.

X.

Ad Solium *Martyres* at Stabunt:
Martyrii Vulnera monſtrabunt:
Suorum * *Verberum ferentes*
Cicatrices Relucentes.

XI.

Me *ad hoc*, mi Jeſu, voca;
Immerentem licet, *Loca:*
Hoc *meruiſti* Immerentes
Ob Amatores Pœnitentes.

XII.

Ad Te *Aſperam*, hanc Piam
Aut *Cupiam*, aut *calcem viam.*

* *Ephram Syrus de Laud. Sanctorum Martyrum.*

O ! si nunquam evocatus,
Ad *Martyrium*, sim paratus.

Sanctus Johannes.

I.

SI quisquam qui *Mortalis* natus,
Dici potuit *Beatus*,
Es Sancte, tu *Johannes*, Iste :
In Pectus *Jesu* cubuisti.
Hunc ad Honorem & evectus
Ut sis *Discipulus dilectus*.

II.

Oleo at in Bulliente
(*Domitiano* hoc jubente)
Atrocissimè Jubetur
Jesu dilectus ut liquetur.

III.

Extremam hanc Domitianus
Unctionem dedit, Heu ! Insanus :
Erras Imperator : Namq;
Oleum Perdis operamq;.

IV.

IV.

Omnes ſi Intendis Nervos,
Non ſic perit *Dei ſervus* ;
Qui *Jeſu* occupavit *Pectus* :
Non ſic perit hic *Dilectus*.

V.

Sed *ex oleo* Æſtuante
(Deo *Miraculum* patrante :
Quæ Loquamor, Deus, de Te !)
Emerſit ſalvus è Lebete.

VI.

Hunc ad Honorem ſim evectus
Dicar *Jeſu* ut *Dilectus*.
O ſi *ego* Dicar *Ille !*
Lubens moriar Mortes Mille !

VII.

Ne mea Anima *Deſperes*,
Aſſequaris Tu, quod Quæris.

VIII.

Ama, *Obſequere*, *Honora*
Sit Nulla *Pœnitentiæ* Mora.
Tunc ad Honorem ſis Evectus,
Dicaris Jeſu ut dilectus.

Feſtum Sanctorum Innocentium.

I.

FOelices Sancti *Innocentes !*
(Puræ Immaculatæ Mentes !)
Terreno Corpore *ſoluti*
Citò : Cùm vix Hoc *Induti.*

II.

Vos *Martyrio* Coronati
Maturè ; *Sanctis* Sociati
Priuſquam Vitiis Inquinati.

III.

Veſtrûm *Herodis* Paſſi vim
Mille quatuordecim :
Feliciter ob *Jeſum* Paſſi
Priuſquam Vitâ eſtis Laſſi.

IV.

Præconium Dei *non loquendo*
Confeſſi vos ; *ſed moriendo :*
Lacte, Sanguine Formoſi ;
Lilio ſimiles & *Roſæ.*

V.

O Deus, *Inſtar Horum*, des
Ut Simus *Mites*, *Humiles:*
Fac, *Lingua* noſtra dum Loquatur
Fidem, *Vita* Fateatur.

VI.

Jeſu mi, *mortificato*
In me *Mala* cuncta: dato
Sit magna Tuæ Gloriæ Cura;
Ad Mortem vſq; duratura.

VII.

Ex *Innocentibus* Diſcamus
Libidines ut Reſtinguamus:
Affectus pravos Temperare,
Effrænes *Motus*, perdomare.

VIII.

Arrogantiam deponamus;
Et *dimiſsè* ſentiamus
De Nobis; Noſtris, Temperatè;
Et non *Amplè* non *elatè*.

IX.

Coerce, *Jeſu*, meæ Mentis
Petulantiam Prurientis:
Sit à *Carne* Avocata,
Ut Tibi magis *Apta Nata*.
Tota Tua ſit repente;
Dæmone obganniente?

X. Quid

X.

Quid Sanctius quam frequentare
Sacramenta ? *Prædicare* ?
In Eccleſia ad *Altare*,
Jeſu & Præſente, *ſtare*.

XI.

At citò *vana* Illabatur
Gloria : cum His Miſceatur.

XII.

Diſtinguam, *His* an Amor *Mei*
Propellit me, an Amor *Dei*.

XIII.

Nunquam *me*, O, *præ me* feram ;
Deum *Iſtis*, non *me* quæram.

XIV.

O ſim Animo pacato ;
Innocenti, & ſedato ;
Tranquillo, *Humili*, Quieto ;
Et, vel in *Ærumnis*, Læto.

XV.

Spiritus tuus, Jeſu, det,
Cupido Laudis Inquinet
Cor meum nunquam : Sed Te ſpectet ;
Divinus Amor hoc oblectet.

XVI.

Vitæ complicatis Velis,
Fruar *Te* in Tuis *Cœlis*, Am-

Amplexibus Superioris
Innocentiæ, Amoris.

Viſo Templo, in Itinere.

I.

DOmus iſta *Domus Dei*,
Domus eſt Amoris mei.

II.

Amantis, Pœnitentis Rei
O Deus, * miſerere mei.

III.

Hìc Te *Amo, Laudo, Colo:*
O des hoc *faciam* ſummo *Polo.*

Conſcientia.

I.

PLus valeat *Conſcientiæ* Quies,
Tremendus & *Judicii Dies*,

Ille-

* *In Eccleſia Græca, iter facientes juxta Templum, Deſcendunt ab equo; & ſæpiuſculè repetunt (cruce ſe ſignantes)* ἐλέησόν με Κύριε τὸν Ἁμαρτωλόν. *Dr. Smith. de Eccleſ. Græc.*

Illecebræ quam bracteatæ,
Imagines & Phaleratæ.

II.

Quod *quiſq;* Deus, eſt, & *Quantus*
Apud Te ; eſt ſolus *Tantus :*
Quicquid *tumidus* opinor ;
Ego nec *Major* ſum, aut *Minor.*

III.

Da nolle *Vitiis indulgere*
Me, at *Acta* velle Flere :
Da Nolle *Dæmonem* Audire :
Da Nolle *Mundo* Aſſentiri :
Da *Carni* me lenocinari
Nolle ; *Carnem* dominari.

IV.

Fidem, *Jeſu*, cum *Honore*
Operoſo cum *Amore*
Conſervem, Corde, Factis, Ore,
Zelantis Animi *Fervore.*

V.

Ærumnas & quas *Virtus* dabit
Mea *Spes* edulcorabit.
Iſtas ſi non lubens *ferrem*
A Veri tramite aberrem.

VI.

Unâ *Sede* me *lapſorum*
Deus meus *Angelorum* *Locet :*

Locet: Tædium (cum ſic beet)
Hallelujah nullum creet.

VII.

Fælix *Anima* & tuta,
Terreno *Corpore ſoluta,*
Quæ *Cælo*, *Libera* dolore,
Fruitur *liberiori.*

VIII.

Tranquilla erit & *ſecura,*
Hæc æternùm duratura,
Præſentem *Deum* cum Aſpexit;
Cui ſervivit, quem dilexit.

IX.

Hìc Nullus *Malus* Auferet,
Nulla *dies* Minuet,
Splendentis ſemper *Solis Lumen,*
Perenne *Voluptatis flumen.*

Inſomnis jacentis Lecto, Hymnulus.

I.

ADhuc *Terris*, Deus, *jacens,*
Veriſſimè ſim Tibi *Placens.*

Oro, Spiro, Gemo, Clamo
In Te: Te impensè *amo.*

II.

Pœnitenti ſis *Placatus:*
Amem, Jeſu, *redamatus.*
Amoris Te expugnem *Telis:*
Hic Fruor Te: Te Fruar Cœlis.

Cœlum.

I.

QUicquid *durum* & *amarum*
Feram, impræſentiarum:
Angeli, ut Cœlis Cantem
Sedem poſſidens Vacantem.

II

Hìc *Palatia* ſunt *Amæna,*
Æterna hìc eſt *Agni Cœna;*
Nullus *Dolor,* Nulla *Pœna;*
Vafrities, Vitium, aut *Venena.*

III.

Nulla hìc *Adverſa Sors,*
Morbus nullus, Nulla *Mors;*
Nullus Timor, Nulla ſpes,
Aut Mentis Intemperies.

IV.

IV.

Nec *Rixæ* Cauſa hic, aut *Litis*;
Eſuries Nulla, Nulla *ſitis*.
Amant hìc, & hìc *Amantur*:
Et æternùm hìc lætantur.

V.

Incolæ ſunt *Moleſtarum*
Prorſus Vacui *Curarum*:
Exulat hìc quicquid *dolet*:
Ærumnas quicquid terre ſolet.

VI.

Hìc Poſſideas inter divos,
Sacræ *Voluptatis* Rivos;
Gaudii perennes Fontes.
Hìc omnes *Incolæ Inſontes*.

VII.

Nullas hic *Inſidias* ſtruunt:
Æternos in *Amplexus* ruunt.
Hìc ſemper licet circa Thronum,
Extaticum Audire *ſonum*.

VIII.

O detur mî *Columbæ Ala*,
Ut *deſeram* terrena Mala.
Vitam apage Prophanam,
Incautam, *Negligentem*, *Vanam*:
Hos inter Vivam, Regnem, canam.

Votum Seraphicum. Sive, Humillimus Animæ Gementis & Amantis Ambitus.

I.

SIm Tibi *Gratus* quam quis Mundo,
Mi Deus, *Peto*, *Quæro*, *Tundo*.

II.

Non quod ſat *Sanctus* ego fui,
Per Viſcera at *Amoris* Tui.

III.

Non ob *Acta* mea, Des ;
Sed quia *Pius*, *Almus* es.

IV.

Nullus ſit *Dominicanus*
Ben'dictinus, *Franciſcanus* ;
Pallens aut *Carthuſianus*,

V.

Nullus ſit *Præmonſtratenſis*,
Jeſuita aut *Ciſtercienſis*
Antiſtes nullus, Nullus *Abbas*
Aut Καλόγερ& aut Πάππας ;

VI.

VI.

O Deus, *Gratior* apud Te,
Tuâ *Creaturâ*, *me.*

VII.

Sit Nemo *Gratior* apud Te,
Gemente Pænitente *me*,
Amante Aſpirante Te,
Tuo ——N. N—— me.

VIII.

Non propter *Facta mea*, Mundo;
Sed quia, *Peto*, *Quæro*, *Tundo.*

IX.

Non quod *ego Mereor*, ſit;
Sed quoq; Jeſus *meruit.*

X.

Ambitum hunc mî *condones:*
Spiranti Te infenſus non es:
Hoc meum mihi *votum* dones.

Infernum.

I.

ONus tuum, *Jeſu*, feram:
Tollam placidè & geram:

Ju-

Judicem Te ſentiam mitem,
Placatum ; & *Infernum* vitem.

II.

Graves hìc ſunt *Cruciatus* ;
Rauci hìc ſunt *ejulatus :*
Hìc æternùm duraturæ
Cubilia poſuere Curæ.

III.

Hìc ſulphureus eſt *Nidor,*
Ingratus hìc & *dentium Stridor.*
Non ceſſant hìc *miſeriæ*
Hìc Tenebræ *Cimmeriæ.*

IV.

Hìc *Pax* exulat, & *Quies* ;
Nulla *Luna, Sol,* aut *Dies :*
Hic *dolor* non eſt tolerandus
At æternùm non vitandus.

V.

Inter *Flammas, Diras, Sæva,*
Incolæ hic ducunt Æva.

VI.

Jam quam dulcis *Jeſus* verè ?
Paſſus, Hæc ne *Paterere.*
Jam quis ejus *ſuave,* mite
Jugum, tolleret Invitè ?

VII.

His Notis, gemebundus *treme :*
His notis, tremebundus *geme.*

VIII.

His Notis, diſcas *Adorare*
Devolutus ad *Altare :*
Pia, Sancta, Deamare :
Jeſu Juſſa obſervare.

IX.

Deus videat *Pœnitentem*
A Pravis Te Reſilientem :
Converſus, Amans ſic *Ameris,*
Ad *Statum* hunc non *Conſigneris.*

Dæmon Amandatus.

I.

SUbtilis *Dæmon* Veterator,
Falſorum & *Conſarcinator.*
Qui vellet Totus Mundus Nutet :
Quadrata & Rotundis mutet.

II.

E Cœlis, Ipſe *deturbatus*
Vellet Nos *eliminatos.*
Qui Rectæ diluit Rationis
Allata Argumenta, *Bonis.*

III.

Qui, *Dei Lex* cum propinatur
Vult *Vitium* interſeratur.

IV.

A *Sacris*, Mentes qui exemptas
Vult, *Lites* nullas vult *diremptas.*

V.

Qui *caſtimoniam* Vellicaret,
Et cum *Spurcitie* mutaret :
Qui *Innocentiam* ſugillaret.

VI.

Qui Homo vult eniteretur
Probroſum facinus ; nil præter,
Malorum Morum qui *tenaces*
Vult ; cunctos eſſe *pervicaces.*

VII.

Qui *Pia* nollet nos *Amemus*,
Chriſti *Jugum* nec *levemus.*
Qui erga *me*, *Vicinum*, *Deum*
Cunctis vult me eſſe *Reum.*

VIII.

VIII.

Qui *Inclementiùs* regnaret
In me; æternùm & *Cremaret*:
Qui *Regni* ſui me *Conſortem*
Vult, ut æternam patiar Mortem.

IX.

Paternæ Labis nos *Hæredes*,
Avelleret ad *ſuas Sedes*.
Falſa docens, *Strophis* Ligans;
Et ad Malum Nos Inſtigans.

X.

Ab Hoc, *Deus*, liberato
Me: Me, *Deus*, Condonato:

XI.

Sancti *Spiritus*, Renato
Liberiorem Hauſtum dato:
Catenis ſic Amoris *Vinctus*
Extinguam Dæmonis *Inſtinctus*.

Hymnulus & Votum.

I.

JEſu, Jeſu, Jeſu, Amo:
Jeſu, Jeſu, Jeſu, Clamo:
Jeſu, Jeſu, Jeſu, Fundo
Votum; *Peto*, *Quæro*, *Tundo*:

II.

Nemo, *Nemo*, amet *Te*,
Nemo, Deus mi, Plus *me*.
Cor Tibi Nemo *gratius* det:
Magis aut *Glorificet*.

Signum Crucis.

I.

AMo, Jeſu, *ſignum Crucis*,
Horâ *Noctis*, Horâ *Lucis*:
Frontem, *Pectus*, Cruce Tero:
Crucem *Fronte*, *Mente* Gero.

II.

II.

Signum duco tunc cum *oro* ;
Signum duco cum *Laboro* :
Amor, *Jeſu*, in Te nixi
Amat *ſignum* Crucifixi.

III.

Monſtro, *Crucis* ducens *ſignum*
Pectus meum in Indignum,
Fidem, *Spem*, *Amorem* meam
In *Te*, Per *Te*, ob *Te* deum.

IV.

In Te Crucifixe *Credo* :
Tibi me, & Mea *dedo*.
Gloriâ Te Fruar Jube
Signis ſine, ſine *Nube*.

Pia Deſideria.

I.

TU qui cuncta *Majeſtate*
Vincis, vincis *Bonitate* ;
Omnipotenti vincis *Vi*,
Chare, *Trin-une* Deus mi ;

II.

O quam Animitùs & verè
Tibi Cupio *placere.*
Laude, Gloriâ, & *Amore*,
Cordè, Operibus & Ore.

III.

Gemitus Suſpiria, Vota
Mea Tibi, Deus, Nota :
Nota Tibi, qui *ſcrutaris*
Corda ; cuncta qui Rimaris.

IV.

Obſequium non *Præſtitiſſe*,
Tibi me *diſplicuiſſe* ;
Ob hæc, o mi Jeſu, *Tremo*
Ob hæc, o mi Jeſu, *Gemo.*

V.

Juſta Cauſa ſunt Meorum,
Jeſu, Hæc, *Suſpiriorum.*
Ob hæc Sacroſancta Trias,
Lachrymas effundo pias.

VI.

At quæ *voveo*, ſunt Mores
Vitæ emendatiores ;
Gemitus, *Suſpiria*, *Vota*
Et ſunt Hæc *Amantis* Tota.

VII.

Nemo noſcendi *Cordis* Vota,
(Probè *Deo*, *mihi* Nota)
Nos duo præter, Habet Jus:
Nos duo & ſufficimus.

Aſpiratio Pœnitentis.

I.

O Deus mi, O chare *Deus*,
Quid faciam *miſellus Reus!*
O ſi *magis* Te Amaſſem!
O ſi *minus* & Peccaſſem!

II.

Miſericordia ſed *Dei*,
Et *Merita* Salvatoris mei
Peccatis erunt quàm *Majora*,
Mortis & *Judicii* Hora!

III.

Quicquid *Jam* de Nobis rere,
Mei, O mi Amor, verè
Horis Hiſce miſerere.

IV.

IV.

Quod *fui*, Parce Domine :
Quod *sum*, Deus Corrige :
Quod *ero*, dirige, O me.

V.

Des *mî*, ut dem *Tibi*, Bona ;
O Ama, Adjuva, Condona.

VI.

Altera Pars *Cæli* sumus
Pars nostri *altera* est *Humus*.
Mens mea Corpore *gravata*
Mens mea Corpore *tentata*,
Et Corpore est *fatigata*.

VII.

O *Deus*, erige *jacentem*.
Solare *Deus* me *Languentem*.

VIII.

Beati Hi quos *elegisti*,
Et in Domum *Assumpsisti* :
Constrictum hìc, O Leva me,
Mortalitatis *Compede*.

IX.

Solum *Hoc* jucundum verè
Mihi, *Deo Adhærere*.

X.

X.

Cor meum, *Deus* mi, commendo
Tibi; ſurſum, *Deus* Tendo.
Meæ *Animæ* hoc detur;
A *Te* nunquam *ſeparetur.*

XI.

Ut Te *Videam* ſine *Nube*,
Sit Grata *Vox* Clangentis *Tubæ*;
Da, quod Jubes, quod vis *Jube.*

Virtus.

I.

PAx, *Terris*, præmium Virtutis;
Cælis, æternitas Salutis.
Cultores ſuos Gaudio donat,
Terris: *Cælis* & Coronat.

II.

Sequendo hanc ne moras nectam:
A *Viis* ejus non *deflectam*:
Quicquid ſuggerunt haudrarò
Mihi, *Dæmon*, *Mundus Caro.*

III.

III.

O *me* Nulla, Nulla Res,
Timor, *Deſiderium*, *Spes*,
Aut *Voluptas*, aut *Honores*,
Divitiarum aut Amores,

IV.

Cultorem ejus interpellant ;
A Viis *ejus* aut Avellant.
Virtutis Cultor ſim fidelis
Inſtar Horum qui in Cælis :

V.

Ubi *Amant*, *Canunt* mirè ;
Nec queant Tædium ſentire.
O Deus mi, Affectu miro
Locum Hunc, Hoc *Munus* ſpiro.

VI.

Ubi ſolem *Orientem*
Spectem, nunquam *Occidentem*.

VII.

Columbæ Avolem O ! *Pennis*
Lætitia ubi eſt *perennis*.
O Jeſu-utinam ! — O Quando — !
Langueo : — non ſum plura *fando*.

Comple-

Completorium.

I.

CUm ad *Finem Vitæ* tendo,
Jeſu, Tibi me *commendo.*
Sim *Cumulatus* O! Tuorum
Affluentiâ Meritorum;
Præmium ut recipiam à Te
Bene *Operæ Navatæ.*

II.

Non, cum *Genis* ſentiam *Rugas*,
Magno *Conatu* agam *Nugas*:
Aut pridem recolam *egiſſe*
Me; *Sacra* me Faſtidiviſſe.

III.

Juſſa Tua ſemper ſpectem:
Juſſis Tuis me oblectem:
Ut Lætus ſentiam poſt hanc Vitam
Iram tuam *conſopitam.*

IV.

Ad *Sacra* Tua *Dicta* Vergam,
Iis abſolvendis pergam.
Ob Crimen *læſæ Majeſtatis*
O! non Annumerer damnatis.

V.

Freta Anima *Favore*
Tuo; Freta & *Cruore*,
Ceruſſata ſit Nitore.
Tam gratè *Pœnitentiæ* vacem,
Ut *Judicem* iratum placem.

VI.

Tot Annos, *Jeſu*, qui Amare.
Dediſti me, *Te* Adorare;
Me gratè *Vela complicare*
Des; Vitam piè *terminare*.

VII.

Minus Sanctè Perpetrata
Fleam; *Jeſu*, & Errata
Sanguine, per *Lachrymas*
Diluam, ut deleas.

VIII.

De *me Cælis* hoc Narretur;
Inter Sanctos & vulgetur;
Quod in *Gloriam* Crucifixi
Gratus *obiens*, gratè *vixi*.

Amor Seraphicus.

I.

O Si Poſſim *revocando*
Lapſos *Annos*; plùs *Amando*;
Ætatis actæ ſpacia verè
Amoris Actibus Implere.

II.

Cordis mei O Dulcedo,
Tibi me, *mi Deus*, dedo.
Abduc à Creaturis *me*;
Requieſcam ut in *Te*.

III.

Quando Gratiam habebo
A Te, quâ *jugiter* placebo.
Me Tibi uni intimè:
Tranſmuta totum *me*, in *Te*.

IV.

Dilecte mi, Tu es quem *quæro*:
O Te quando *Propius* ero!
Amoris *Flammâ* me *rematо*:
Amore me *Inebriato*

V.

O Dilecte mi, *Quærenti,*
Pulſanti mihi, & *Gementi,*
Quando Tu *Aperies !*
Te mihi, O Languenti, *des.*

VI.

Me, Tuum per Cruorem Lotum,
O quando rapies in *Te* Totum!
Ad *Gloriam* quando *elevabis* ?
Et Tibi me *agglutinabis.*

VII.

Fruſtra *Laboro,* Dies *Tero,*
Quamdiu non Te, *Deus,* quæro.
Divitias, Delicias Nolo :
Solum *Te* — *Te* ſolum volo.

VIII.

In me Agnoſce quod à *Te* ;
Ignoſce quicquid eſt à *Me* ;
Sequar *Jeſum,* nec Invitus ;
Amore tuo ſim *Ignitus.*

IX.

His quando valedicam *Oris,*
In *Amplexibus Amoris !*
Deponam Carnis ſarcinam,
Et Leniùs obdormiam.

X.

X.

O Bonum, ſuper omne Bonum
Hoc mihi largiare Donum:
Te Cælis fruar *modo* ſine;
Te Cælis fruar ſine *fine.*

XI.

Pulcher Animæ *credenti*
Es, & Mundum *Cor* habenti;
Ob æterna & *Languenti.*

XII.

O quando *Tibi*, (Jeſu des)
Me *ſine medio* unies!

XIII.

Incendio Charitatis *ure*,
Cor meum Deus, Sancte, Pure:
Æternis *flammis* & *Combure.*

XIV.

O quando *deſinam* hic *flere!*
Incipiam Tecum permanere!
Æternùm lætis Inhærere!

XV.

Cupio *Te*, Nil aliud, *Deum:*
Cor *Tuum* Præbe; cape *meum:*

XVI.

Quando exorietur Dies,
Cum noſcam quæ ſit *Cæli* Quies?

Delicia

Deliciæ quæ Promiſſæ Bonis,
Tuæ Plenæ *Viſionis* ?
Ubi dem Tributum Laudis
Tibi, qui * *Rex Cordum* audis.

XVII.

O ſi Talis mihi Status
Sit, ut quæcunq; *operatus*
Senſi, aut *loquutus* fui
Fuiſſent ex Amore Tui.

XVIII.

Tu ſcis *Deus*, quod Amorem
Laudem Gloriam & Honorem
Tibi Tribuerem (ſi noſſem
Quibus ego modis poſſem)
Quibus *Angeli*, *Electi*
Te Laudant, qui ad Te *evecti*.

XIX.

Exclude Tuæ O ! A me
Impedimenta Gloriæ.
Et, Sancti *Spiritus Aflatu*,
Conſtitue me in *eo* ſtatu
Quem noſti fore aptiorem,
Ut reddam *Gloriam* Majorem.

XX.

---

* *Card. Bona Via compendii ad Deum.*

XX.

Ni ſit tuam ob *Majorem*
Gloriam, Tuum aut *Honorem*,
Nil *Peto* Domine, Nil volo :
Aut *Petens* Exaudiri nolo.

XXI.

O ſi vita exhiberet
Mea *ſummè* quod *Placeret.*

XXII.

In *Penetralia*, Precor Te,
Cordis mei Labere :
Sit ibi nulla *Fraus* aut *Dolus* :
Poſſideas *Cor meum* ſolus.

XXIII.

Amore Tuo plus *Arderem*,
Ob *Amorem* plus *languerem.*
Arderem *flammâ*, *Jeſu*, Heu !—
* Quâ ardent *Seraphim*, quâ *Ardes Tu.*

XXIV.

Quando mi Deus *Te* videbo.
Et *Cælis Tuis* apparebo ?
Amo nunc, O plus *Amarem*,
Si *vultu* præ *Innubi* ſtarem.

XXV.

---

* *Card. Bona Via compendii ad Deum Dec. 5. N. 2.*

XXV.

Supremus Halitus ſit Oris Mei, Halitus *Amoris.*

Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος.

FINIS.

---

18 AP 68

ERRATA.

PAg. 1. lin. 7. *poſt vulnerare* (:) p. 3. l. 9. *poſt purgatum* (,) p. 3. l. 10. *poſt vulneratum* (,) p. 32. l. 10 *leg.* exoſus. p. 42. lin. penult. *poſt ſim* (,) p. 64. l. 20. pro Hæhit. *leg.* Habit. p. 70. l. 17. pro Alexandriæ *leg.** Alexandriæ. p. 91. l. 16. *leg.* Patrocinantur. p. 95. *(quæ per Errorem bis numeratur)* l. 17. *leg.* Nonnulli. p. 99. l. 11. *leg.* diſſolüar: cum Diæreſi. p. 102. l. 6. *leg.* Summum. p. 103. l. 1. *leg.* Hyrcanos. p. 130. l. 5. *leg.* Interpellent.